Z księgozbioru ...
(8)
Jnc. 109 a
1319640 (M)


BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
INKUNABUŁY



H* 13221

# ANGELI POLITIANI MISCELLANEORVM CENTVRIAE PRIMAE AD LAVRENTIVM MEDICEM PRAEFATIO

VM tibi ſuperioribus diebus/Laurenti medices/noſtra hęc Miſcellanea inter equitandum recitaremus/delectatus arbitror nouitate ipſa rerum: & uarietate non illepida lectionis/hortari coepiſti nos/ut unam ſaltem ex eis centuriam(nã centenis libri ſinguli capitibus explicanẽ)publicaremus. Quod nũc utiq; ſimul auctoritate tua:qua maior nobis quidem nulla in terris eſt/ſimul ratione adducti facimus:quoniam noſtra iſta iam nõ nulli/ uel cum puluiſculo cõuerrũt:ſic ut aliis pridem/ſibiq;/noſtrorũ titulo laborum/ nimis placeant. Quanq̃ ſcimus/inuidia magna fore hos libros/& multum ſermonis ſubituros:ut qui de magni nominis auctoribus/libere pronuntient! Sed nõ id noſtrum exemplum. Nam ſcriptores ferme omnes/ ſic ſuas tuentur partis:ut alienas oppugnent/ac laudis occaſionem/plerunq; de aliorum erratis petant. Tum ſæpe a tenuioribus & gregariis: uelutiq; poſtremæ notæ: qualis ego uel Cluuienus:etiam ꝓceres illi(ut ita dixerim) & anteſignani quidam litterarum ſugillantur. Vetus eſt autem dictum:Conſcientia mille teſtes. Scit illa/prorſus nihil hic odio datum/nihil ſtomacho:candide omnia/& ſimpliciter:nihil aut inſectãter/aut maleuole:nihil oblatrandi ſtudio:nihil oſtentandi uoto/protulimus:animoq; ſemper ad probandum(ſi liceret)q̃ ad improbandum propẽſiore fuimus: Neq; uidelicet ſtrophis/aut cuniculis! ſed libero examine:libera ueritatis fronte/rem geſſimus. Ac non id quæſiuimus/ ut aliquam doctis hominibus/ueluti labeculã/aſpergeremus! ſed id cauimus potius:ne ſub illorũ auctoritate/ſtudioſorum fides periclitaretur. Deniq; ĩ eos potiſſimũ cuneus hic ex profeſſo directus/in eos hic aries ex deſtinato tẽperatus:



Inc. 109 b

131964 (N)

W woluminie kolejno współoprawne sygnatury:

Inc. 109a

**Inc. 109b**

Z Księgozbioru ... [illegible]
(8.
...znaniu
A. Mickiewicza
Inc. 109 a
1319640 (M)

H* 13221

# ANGELI POLITIANI MISCELLANEORVM CENTVRIAE PRIMAE AD LAVRENTIVM MEDICEM PRAEFATIO

VM tibi ſuperioribus diebus/Laurenti medices/noſtra hęc Miſcellanea inter equitandum recitaremus/delectatus arbitror nouitate ipſa rerum:& uarietate non illepida lectionis/hortari coepiſti nos/ut unam ſaltem ex eis centuriam(nã centenis libri ſinguli capitibus explicanť)publicaremus. Quod nũc utiq; ſimul auctoritate tua:qua maior nobis quidem nulla in terris eſt/ſimul ratione adducti facimus:quoniam noſtra iſta iam nõ nulli/ uel cum puluiſculo cõuerrũt:ſic ut aliis pridem/ſibiq;/noſtrorũ titulo laborum/ nimis placeant. Quanq̃ ſcimus/inuidia magna fore hos libros/& multum ſermonis ſubituros:ut qui de magni nominis auctoribus/libere pronuntient! Sed nõ id noſtrum exemplum. Nam ſcriptores ferme omnes/ ſic ſuas tuentur partis:ut alienas oppugnent/ac laudis occaſionem/plerunq; de aliorum erratis petant. Tum ſæpe a tenuioribus & gregariis: uelutiq; poſtremæ notæ: qualis ego uel Cluuienus:etiam ꝓceres illi(ut ita dixerim) & anteſignani quidam litterarum ſugillantur. Vetus eſt autem dictum:Conſcientia mille teſtes. Scit illa/prorſus nihil hic odio datum/nihil ſtomacho:candide omnia/& ſimpliciter:nihil aut inſectãter/aut maleuole:nihil oblatrandi ſtudio:nihil oſtentandi uoto/protulimus:animoq; ſemper ad probandum(ſi liceret)q̃ ad improbandum propẽſiore fuimus: Neq; uidelicet ſtrophis/aut cuniculis! ſed libero examine:libera ueritatis fronte/rem geſſimus. Ac non id quæſiuimus/ ut aliquam doctis hominibus/ueluti labeculã/aſpergeremus! ſed id cauimus potius:ne ſub illorũ auctoritate/ſtudioſorum fides periclitaretur. Deniq; ĩ eos potiſſimũ cuneus hic ex profeſſo directus/in eos hic aries ex deſtinato tẽperatus:



Inc. 109 b

131964 (N)

qui contra ueri faciẽ pro uernaculo quidem ſibi/ſed imaginario tamen ſenſu/frontem durãt: eos acie ſtili maxime cõpungimus: qui ſtilũ uertere/hoc eſt qui ſua errata diſpungere/nõ didicerunt. At inordinatam iſtam/& cõfuſaneam/quaſi ſiluã aut farraginem perhiberi/quia nõ tractim & cõtinenter/ſed ſaltuatim ſcribimus & uellicatim: tantũ abeſt uti doleamus/ut etiam titulum non ſane alium q̃ Miſcellaneorum exquiſiuerimus/in quis græcum tamen Helianum: latinum ſequimur Gellium: quorum utriuſq; libri/uarietate ſunt q̃ ordine blandiores. Quanq̃ ne Clementis q dem romani pontificis/apoſtoliciq; uiri commentaria: quę ſtromata/quaſi ſtragula picta dixeris/inſcribebantur! aliũ profecto nobis titulum/niſi uarietatis iſtius inſinuabant. Et enim de Ariſtoxeni taceo cõmentariis: quos pari ferme titulo citat/eo uolumine Porphyrius/quod in harmonica Ptolemęi compoſuit. Deniq; ſi uarietas ipſa/faſtidii expultrix/& lectionis irritatrix ĩ Miſcellaneis culpabitur: una opera/repręhendi rerum quoq; natura poterit: cuius me quidẽ profiteor/tali diſparilitate diſcipulum. Quod ſi ad omnẽ ſe minutiẽ demittunt: hoc uero apud latinos exẽplo etiam Cęſaris/Varronis/Meſſalę/Ciceronis/Plini/Quintiliani/aliorũq; ſimilium facere licet: quos ęmulantibus/& errare honeſtũ. Quare quod iſtos ueluti patricios decuit! etiã me/quaſi minorũ gentiũ non dedeceat. Par adeo celebritas nominũ: uel gręca inſerit/uel ex cõmodo interpretar̃: idq; nũc ad ſenſum: nũc ad uerbũ: quod hic utrunq;. Iam ſi cui parũ quæpiã enucleata: fortaſſe etiã nimis dura/obſcuraq; uidebuntur: certe is nec ingenio ſatis uegeto: nec eruditione ſolida/fideliq; fuerit. Sicubi barbara quędam & obſoleta depręhendent̃: ea uero de induſtria diſperſimus: etiã ut barbaris & ineruditis placeremus: & fieret liber corraſa undiq; gratiola/uendibilior. Siqui remotiora dicẽt hic inueniri uocabula/q̃ ut ſumpta credant̃ de medio: nę iſti arbitror ſententiam ſuã mutabũt: cum aduſq; mediũ litteraturæ ꝓmouerint. Nec enim deſunt q̇bus etiã (ut ait. M. Tullius) alabaſt̃us unguẽti

Commentaria

porphyrius

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

plena putere uideatur: Tũ in hoc genus ſcriptionibus: quę nõ ſe populo uenditant/ ſed paucis modo paranť: uſus iſtiuſmodi reconditæ ſupellectilis/ pręſertim uerecundus/ minime improbatur a bonis. Nec enim renouare ſit probrũ: quæ iã pene exoleuerunt: ſi modo hæc ipſa non uetuſteſcere adhuc/ ſed ueteraſcere de integro poſſint. Siquem nõ nulla interim offendẽt eloquendi diuerticula/ minus fortaſſe homini nota: qui decẽ tantũ/ Ciceronis paginas/ nihil pręterea lectitauerit/ utiq; ab hoc ego ad eruditos ꝓuoco: pręcipue credo laudaturos: quæ ab ipſo improbabũtur. Nihil autẽ forſan intolerabilius: q̃ ut de te ſentẽtiã ferat indoctus: qui tamen ſibi ipſe doctiſſimus uideatur. Siquis/ ubi quid refellitur/ multarũ uel auctoritatũ uel rationũ moles deſiderat/ at uictoriã ſciat illic a nobis/ nõ uictoriæ quæri ſatietatẽ. Si longiuſcula capita alia/ breuiuſcula rurſus alia putabũtur/ credamus hanc quoq; eſſe legẽ noui operis/ ut ęquale habeat nihil: nuſquã ſibi ſit par: ſemper diſſimilitudine claudicet: unamq; iſtã regulam tueať: nequid ad regulam: nequid ad perpẽdiculum/ libellamq; reuocet. Si liberior ſtilus inſolẽtis extimabitur naturę/ forſan benignior interpres ſimplicitati potius tribuet: quę nec ingenuos dedecet. Sicubi porro conſuetudo refragabitur/ at ueritas/ quæ nugas nõ facit: aut ueritatis uicaria cõſuetudo melior/ patrocinabitur. Nã & ſumptum conſuetudine dicitur: quod aduerſus auctoritatem ſit receptũ: & error ſæpe cõſuetudinis/ obiectatur a doctis. Tum pulchre ſic ait quidam. Conſuetudo ſine ueritate/ uetuſtas erroris eſt. Deniq; ſi paucula reſperſimus ĩterim/ ſcrupuloſa & anxia: quodq; uerius/ ſubacida: uel ex philoſophia/ cuius iam pridem ſumus cãdidati: uel ex orbe illo diſciplinarum: quę ſtudio ſapiẽtiæ famulantur/ At ea ſtomachũ tamẽ lectoris prędulcibus marcentem/ recreabunt fortaſſis/ & exacuẽt. Nam quo hęc omnia grata ſui uice conſpirent: & quodam uelut antitheto fęderentur/ pene de calcaria (quod dicitur) ĩ carbonariam decucurrimus/ & id operam dedimus/ ut alternatim deinceps inter ſe cõtraria quoq;

ſubſequerentur:quæ nos querelæ iſtiuſmodi eximerẽt.Nec enim
defieri apud nos etiã patimur:quę ſint amęna magis/& oblecta
toria:ne dixerim illecebroſa:q̃ uel utilia/uel neceſſaria:ſiquidem
eſt( ut ait Varro) aliud homini/ aliud humanitati ſatis: etiamq;
citra emolumentũ/ſpecioſa interim petuntur/non hercle minus/
q̃ ſine ſpecie compẽdium.Ergo ut agreſtes illos & hircoſos:quæ
dam ex his impolita & rudia delectabunt: exaſceataq; magis/q̃
dedolata:nec modo limam/ ſed nec runcinas experta/nec ſcobi
nas: ita e diuerſo uermiculata interim dictio: & teſſellis plurico
loribus uariegata/delicatiores hos capiet/uolſoſ/& pumicatos:
ne conflatis utrinq; uocibus/ & æquabili/uel plauſu/ uel ſibilo/
aut ad cęlum efferar/aut ad humum deiciar. Medius autem inter
hos/& neutro notandis: quaſi quidam diuerſorum Cinnus (ut
ait Cicero) ſatiſfaciet:non uno aliquo excellens:& omniũ tamen
particeps. Nec enim guſtus idem omnibus! Sed ſuum palatum
cuiq;: Tum credo & expuent in cõuiuio quidam/pro faſtidioſo
& ueſco/quod mox in culina pro ſuaui ligurriant/& opimo.Nos
iſta certe/nõ foro & curię!ſed cubiculo:& ſcholę parauimus:eoq;
ſtuduimus/ neſcio an & præſtiterimus:ut ſiquæ hic eſſent: omnĩ
no faciles eſſent:& ſimplices munditiæ:non operoſa:& pigmẽta
ta lenocinia:color/nitorq; uerus/& ingenuus:nõ aſcitus/& ex ar
cula: cõgruẽs habitus & expeditus/nõ oneroſus/ & laciniosſus.
Poſtremo cuicuimodi exeant: quoquo modo hæc accipiant̃:mi
nime ꝑfecto recuſamus! ( Sed nec opinor euademus ) communẽ
illam ſcribentium ſortem/male audiẽdi:ſit modo ira cordi lecto
ribus.Quinimmo iſti aleæ caput obiectamus:neq; patrocinium
reſpicimus:quod ultro nobis ademimus cenſura. Decernaturq;
potius in nos: traducamur:uexemur: q̃ non litterarum publica
fraus/quarum nobis eſt honor/propriis utilitatibus antiquior/
etiam noſtro aliquo/uel famæ:uel otii diſpẽdio redimatur·Nam
quo iſta quęſo ſtudiorum communium profeſſio/ſi iam uentum
ad hęc uſq; eſt/ut quod officiũ ſtudiis uniuerſi debemus/ceſſare

omne tamen/ſuſpitione degeneri patiamur? Quo pacto uel dura
re ultra/ uel eſſe iam poterit honeſtarum litterarum ſinceritas/ ſo
luta penitus cenſura/dum ſic æque omnes inuidiam perhorreſci
mus? Quanq̃ (quod ad me attinet) utinam labori meo non con
temptus potius/ q̃ inuidia debeat̃: illud enim ꝑpe ĩ uotis eſt/ ſi
modo quod ait Liuius: Inuidia/ uelut ignis alta petit. Quin agi
tedum ſtudiorum cultores optimi/ pro ſe quiſq; alacres/gramen
hoc inexpugnabile/quo bonæ fruges humanitatis pręfocantur/
auellite: ſubnaſcenteſq; ſacris ſtirpibus/quaſi pernitioſiſſimas he
deras/& omnem earum ſucum lapſibus erraticis exſorbentes/ab
rumpite penitus/& detruncate: Non deſunt interpolatores ueri
tatis/ne deſint quoq; redintegratores: exiſtat uindex aliquis ro
go: & patronus periclitantium diſciplinarum: Nam ego ut unus
e medio/quid mihi liberum ſit/utiq; experiar. Faciã nec nę operę
pretium/poſt uidero. Quorſum tamen fluxerit: aut quocũq; res
ceciderit/ ęqui boni faciam/ planeq; malignitatum omniũ & ob
trectationum uenena/ nõ deuorabo modo/ ſed (quo ſum ſtoma
cho) etiam concoquam: certus ueritatis hunc eſſe quaſi genium/
ſimul atq; in publicum appareat/ ut odioſa inimicaq; ſit uulgo.
Conniueant igitur alii licet/ & dicere uerum muſſent/ ego unus
profecto (quidquid erit) non diſſimulabo iudicium: non ſuppri
mam quæ ſenſero: non indulgebo iam talibus patientiam! Sed
uel huic libello meo/ſaltem ſemilibere/ſic ĩſuſurrabo. Vidi: uidi:
ipſe libelle/cotidieq; uideo/multa in litteris fieri capitalia/compi
lari ſubdole aliena: confingi ad libidinem/ quæ cui cõmodum:
aſcribi etiã idoneis/quæ nec agnoſcant: allegari/qui non extent
auctores: citari quin etiam pro uetuſtis/ nullibi comparentis co
dices: compleri libros omnes operoſiſſimis uanitatibus: falſa ꝑ
ueris: aſcita pro natiuis: nouicia ꝑ uernaculis/ ſupponi: pollui:
adulterari: oblini: incruſtari: diſtorqueri: confundi: præcipitari:
ĩteruerti omnia: nulla fide: nullo nec pudore/nec iudicio: quodq;
his omnibus peſtilentius: occaſione quoq; recentis artificii/quã

libet ſtolidiſſimas opiniones in mille uoluminum traduces/mo mento propagari: Poſtremo (ut ſemel dicam) etiam nūc multos/ auriculas habere aſini. Dicat hic aliquis/ Quid tu autem? Fateor equidem/ poſſum falli/ ut humanus! Sed neminē profecto ſciens fallo: & ut mendacium fortaſſe dico: ſic certe non mentior. Tum egomet mi ignoſco Męuius inquit: Immo autem (extra iocum) nec egomet mi ignoſco/ & ſi quid indoctius/ incautiuſq; protule ro/ refutari a quouis cupio: refutaturus ipſe me/ ſi fuero admoni tus. Non enim ſic me peruerſe amo: ut errare alios malim/ q̄ ino teſcere quod errē! Sed ex eorū ſum numero & ipſe/ qui proficien do ſcribunt: & ſcribendo proficiunt: ac de iſto quidem fors uide rit. Illud ueriſſimum: ſi domi commentarios iſtos diutius/ atq; in manibus habuiſſem/ & reguſtare iterim ex interuallo licuiſſet/ lō ge inſtructiores/ fuiſſe eos/ locupletiores adminiculatiores pro dituros. Videlicet/ hoc illud eſt: præcipue ſtudiorū genus/ quod uigiliis augeſcat: ut cui ſubinde ceu fluminibus ex decurſu/ ſic accedit ex lectione minutatim quo fiat uberius. Tum incōdita nunc quoq; pleraq;/ ineliquata/ indiſcuſſa: non rotunda: non tor nata adhuc! Sed quæ aurē prorſus pręterierint: utpote reſtrictim cogitata: & extempore potius q̄ a cura: quā q̄ ex abundanti pene ſtili negotium/ curat: & elocutionem cōcinnat/ quem cana & ue ritas & fides præcipue ſollicitat. Enimuero ne putent homines maleferiati/ nos iſta/ quæquæ ſunt/ de fęce hauſiſſe/ neq; gramma ticorum trāſiliuiſſe lineas! Pliniano ſtatim exemplo nomina pręe texuimus auctorum/ ſed honeſtorū/ ueterumq; dumtaxat/ unde ius iſta ſumunt: & a quibus uerſuram fecimus/ nec autem/ quos alii tantum citauerint/ ipſorum opera temporibus interciderint! Sed quorum noſmetipſi theſauros tractauimus: quorum ſumus per litteras peregrinati: quanq̄ & uetuſtas codicum: & nomiſma tum fides: & in ęs/ aut ī marmore inciſæ antiquitates: quę tu no bis Laurenti ſuppeditaſti/ plurimum etiam/ præter librorum ua rietatem/ noſtris commentationibus ſuffragantur. Vt autem uel

exẽplo doceremus / circulatorũ pręſtigias / & impoſturas omnis
eſſe tollendas / refrenãdamq; adeo / quorumpiam laſciuiam / quæ
iam / ſicuti cancer late ſerpit: inaniter de pręſcripto / & licenter egre
diendi: nuſquã aliquando ueteris ſcripturæ teſtimonium citaui
mus: nequid adſcripticium / neue quid uſq̃ ſuperducticium præ
ualeret / quin ſua quodq; facie reprę́ſẽtauerimus: & eas apposue
rimus notas / unde exqri penitus / uſq; a ſtirpe poſſit auctoritas.
Atq; ut muneris huius noſtri / nullæ prorſus appendices deſide
rentur / etiam capita ipſa rerum / titulis incluſa breuiſſimis: Sed in
quis maior / q̃ pro numero utilitas / concenturiauimus: & ceu bre
uibus cęris ingentes ſummas / calculatorum more collegimus:
quo negligẽtiæ delicati lectoris / ipſi potiſſimũ ſubſcriberemus.
Proĩde ſicuti ſub Aiacis clipeo / Teucer homericus: ita nos utiq;
ſub umbra tui nominis latitantes / centuriatim dabimus in bar
baros impreſſionem. Ita editione ſubinde aliqua / uel æquis uel
iniquis mos geretur: Et quadam penſante uice / ſicut illis quod
oſculentur / ita his abunde ſupparabimus / quod mordeant. Mor
debunt autem puto noſtra / uel rabioſuli quidam / quos elegãter
Cato uitilitigatores appellat / iſto potiſſimum litigandi uitio / ue
luti morbo laborãtes: cerebroſa gens & irritabilis: Qui ſine cau
ſa / ſine diſcrimine / clauſiſq; (quod aiunt) oculis / quodcunq; no
men adlatrãt. Vel qui rurſus / aduocatione mercennaria / uenaliq;
ſentẽtia / cuicunq; ſemel auctorati / atq; addicti / quaſiq; dediti mã
cipio ſint: eundẽ tueri / pugnaciter / pertinaciterq;: quo iure: quaq;
iniuria obſtinauerunt. Vel iactanticuli illi & nugiuẽdi: pleni tu
mida: ſed & fatua cõiectura: qui ſeq; & ſua dumtaxat etiam ſine
riualibus adamant: ſibi fauent: alios obtrectãt. Vel poſtremo lu
cifugi quidam ueritatis & (ut planius dixerim) blattarii / littera
tores: qui defluentibus oculis / uereq; noctuinis / non diem tan
tum ſereniorem: ſed nec umbrã ſubluſtrem ſatis ferunt. Nam de
illis dubitat nemo quos liuoris tinea comeſt: quos rubigo ſub
rodit inuidiæ / qui gloriam alterius / ſuam penam: felicitatem alte

rius ſuam carnificinam faciunt: qui profectu contabeſcunt alie
no: quos ægreſcens proſperis maleuolētia/ ceu torror inteſtinus
iugiter excruciat! Sed & cenſores item pulpitarii (nec autem de
doctis/ boniſq; nūc agimus) ſolent plerunq; fodicare nos/ & ſtu
diis obſtrepere iſtis. Etenim pleni ieiunitatis/ litteras humanio
ris/ apud inſciam plebeculam/ pene dixerim ſollenniter/ buccis
concrepantibus infamant: & craſſa ruſticitate feroculi: quam ſo
lam (quod & Hieronymus ait) pro ſanctitate habent/ ſic in eas/
& earum ſtudioſos/ ampulloſis proclamationibus/ infrendētes/
inſpumanteſq;/ deſęuiunt: ut facile ſe declarent etiā græcos illos/
improbare & pene odiſſe/ uere ſanctas animas/ Baſilium/ Chryſo
ſtomum/ Gregorios! etiam latinos/ Cyprianū/ Ambroſium/ Au
guſtinum/ Hieronymūq; ipſum/ & alios id genus noſtræ religio
nis antiſtites/ gentium linguarumq; omnium diſciplinis/ uelut
opibus ægyptiorum ſuffarcinatos. Quo mihi etiam uidetur ad
mirabilior deliciæ tuæ Marianus hic Genazanenſis/ nec in theo
logia cuiquam ſecundus: & omnium quos in eccleſia cōtionan
tes audiuimus/ nō prudentiſſimus modo! ſed & facundiſſimus/
cuius neq; ſuſpecta populis/ ad bonam frugem tendentibus elo
quentia: quoniam uitæ incredibili ſeueritate commēdatur: nec
e diuerſo triſtis/ aut reformidabilis auſteritas: quoniam poeti
ca delenimēta/ pulchramq; iſtam litterarum uarietatem/ nitorem/
delicias/ non aſpernatur. Vt igitur lana/ purpuram bona fide po
tura/ certis prius inficit̃ medicamētis: ita litteris arbitror/ doctri
niſq; talibus/ excoli animos (quod ait in Hortenſio Cicero) &
ad ſapientiam excipiendam imbui prǽparariq; decet. Atqui non
tamen ob iſtos pigebit/ aut exigere ſtilo: quidquid hoc noſtrarū
lucubrationū eſt: aut experiri/ quid concedatur in illos/ qui frau
des in litterarum negotio/ concipiunt capitales. Nam & ego Phi
loxeno ignoſco/ ſicuti Cicero idem/ ad Atticum ſcribens/ redire
in carcerem/ q̃ mancipare iudicium præoptanti: maxime ſi non

præſenti ſeculo! Sed quaſi æternitati (prout etiam dictum a
Thucydide) ſeruire ſcriptores cōuenit: Eoq; libri puto ipſi/ mo
numenta uocātur: quod ad memoriam magis poſteritatis/ incor
ruptius iudicaturæ: q̃ ad ineptam præſentis tēporis gratiolam/
ſpectare debent. Ergo ut q̃ maxime (ſi licebit/) hæc nō extingua
tur ſolū! ſed etiam opprimatur improbitas/ effuſe omnia depra
uantium! nec abeat in exemplum/ trita & proſtituta frons/ atq;
oris tanta duritia! iam nunc centurias ſequētis/ pro ſuſcepto (ar
bitror) ſalutari conatu/ ne utiq̃ ad huius primæ guſtū repromitti
mus. Quos enī molli nunc articulo tractamus: quos leui & lēto
bracchio tāgimus: fortius dein puto prememus/ atq; urgebimus:
& cōtenti pauliſper interim/ præluſoria/ uelitariq; pugna! mox ui
ribus collectis/ toto exercitus robore deprȩliabimur. Quin etiā
(quoniam tunica propior pallio) uindicabimus/ audacter/ & gna
uiter a plagiariis: ac furūculis interdum noſtra: & aſſeremus libe
rali cauſa manum. Noſtra uero nūc accipi tantum uolumus/ quȩ
labore/ induſtriaq; ipſi magna principes extudimus: nec expal
pari unq̃: nec extorqueri nobis ea paſſuri: q̃diu licebit: noſtra inq̃
nō eiectamenta! ſed pignora. Nā ut hȩc in mediū uice miſſiliū/ di
reptui cōculcatuiq; relinq̄mus! ita illa nobis recipimus/ & defen
dimus: hȩc exponimus: illa et agnoſcimus: & tollimus! ſed ita
tamē/ ut imitari ſimias nolimus/ quæ ſuos dicūtur fȩtus q̃libet
deformes/ ꝓ formoſiſſimis admirari. Nec erūt opinor hæc quoq;
noſtra/ quanquā leuioris operæ ſtudia/ ſeu ludicra uerius/ dede
cori tibi/ Laurenti Medices/ cui nunc adſcribuntur. Adſcribun
tur autem/ non magis adeo/ ut me gratum beneficiis tuis appro
bent/ aut reponant gratiam: quod auxiliarium te/ quodq; con
ſiliarium habuerunt! q̃ ut auſpicato procedant: & ut in iis tui me
moria frequentetur! ex quo liber auctoritatem capiens/ magni
celebritate nominis commendetur. Tum cui ſumma ſtudiorum
meorum debetur omnis: ab eo quoq; portio ipſa iure incipiet.

Et hercule ueluti bellaria/ſint iſta/ſecundis accepta menſis: Quoniam rectæ cenæ/ſpeciem/uicemq; grauiora illa occupant/ qualia tibi multa/ uel Marſilius Ficinus Platonis: uel Ariſtotelis interpres Argyropylus Byzantius e philoſophiæ penu congeſſerunt. De iſto enim pręcunctis admirando/non Pico iam! ſed (ut ipſe appellare ſoleo) phoenice potius: qui nunc i tua lauru nidificat: tanta mea quidem expectatio eſt: ut auſim Propertio ſuccinere: Cedite romani ſcriptores/cedite grai. Tu uale patrone iucundiſſime: & (quod facis) perge fauere doctis/ perge litteras excitare: perge a ſitu recipere rem latinam: ab interitu græcam/quo tui memoria nominis/ab iniuria prorſus obliuionis aſſeratur.

LATINI GRAMMATICI

Seruius
Priſcianus
Donatus
Acro
Porphyrio
Marcellus
Sex. Pompeius Feſtus
Iunius philargyrius
Probus
Gellius
Fulgentius
Pedianus
Perſi uatis innominatus interpres

POETAE

Vergilius

Ouidius
Lucanus
Lucretius
Valerius Flaccus
Statius
Claudianus
Silius italicus
Seneca tragicus
Plautus
Terentius
Horatius
Perſius
Iuuenalis
Propertius
Tibullus
Catullus
Martialis
Auſonius
Prudentius
Marcianus
Germanicus Cęſar
Licentius

HISTORICI

T.Liuius
Cornelius nepos
Cornelius tacitus
Valerius maximus
Suetonius
Capitolinus
Eutropius
Ammianus

ORATORES

Cicero
Quintilianus
Plinius iunior
Symmachus

ASTROLOGI

Iulius firmicus
Hyginius

PHILOSOPHI

Seneca
Cenſorinus
Boetius
Apuleius

AVCTORES
AMBIGVI
TITVLI

Plinius // Petronius
Solinus Fauſtus
Cato
Vibius ſequeſter
Vitruuius
Frontinus
Varro
Macrobius
Columella
M.Iunius Nypſus

## AVCTORES SACRI

Tertullianus
Cyprianus
Lactantius
Hilarius
Ambroſius
Hieronymus
Gaudentius
Auguſtinus
Rufinus
Sidonius

Item ex iure ciuili pontificioq; delibata quæpiam

## GRAECI AVCTORES GRAMMATICI

Euſtathius
Pollux
Hepheſtion
Nica
Suida
Maximus
Apollodorus
Doxapater
Lucilius tarrheus
Sophocleus
Theon

(Lucilius tarrheus, Sophocleus, Theon: Apolloni interpetres)

Platonius

## POETAE

Homerus
Heſiodus
Apollonius
Nonnus
Dionyſius
Aeſchylus
Sophocles
Euripides
Ariſtophanes
Pindarus
Callimachus
Theocritus
Triphyſiodorus
Lucilius
Euenus
Poſidippus
Gauradas

## HISTORICI

Herodotus
Thucydides
Plutarchus
Herodianus
Ioſepus
Strabo
Pauſanias
Dion

Zoſimus
Xenophon epheſius
Diodorus ſiculus
Dionyſius halicarnaſſeus
Laertius
Appianus
Hęlianus
Heliodorus
Sozomenus

RHETORES

Ariſtides
Lucianus
Libanius
Aphthonius
Synęſius
Nicetes
Nicephorus

MATHEMATICI

Theon
Achilles
Heron
Cleomedes
Ariſtides Quintilianus

PHILOSOPHI

Plato
Ariſtoteles
Xenophon
Theophraſtus
Heraclitus
Porphyrius
Proclus
Abammon
Iamblichus
Atticus
Dexippus
Philo
Maximus tyrius
Alexander
Themiſtius
Sextus
Philoponus
Simplicius
Arrianus

MEDICI

Galenus
Paulus ęgynita
Dioſcorides

AVCTORES AMBIGVI TITVLI

Artemidorus
Iuſtinianus
Diogenianus
Calliſtratus
Apoſtolius
// Africanus

## AVCTORES SACRI

Paulus
Euſebius
Seuerianus
Baſilius
Theodoritus

Sunt & alii citati ueteres prudẽtes/auctoritatis incognitę/ſicuti Poemenicon ſcriptor:& Ariſtophanis: Xenophõtis: Ariſtidę: Euripidi: Callimachi: Syneſiq; enarratores! Sed nec barbari deniq; hębręi:chaldęiq; auctores/in ſuis quoq; originibus aſymboli.

## CAPITA PRIMAE CENTVRIAE


Caput i.

Defenſus a calumnia Cicero:ſuper enarrata ui noui apud Ariſtotelen uocabuli:quod ſit Endelechia.

Caput ii.

Quæ ſint crepidæ apud Catullum Carpatinæ: quod ꝓbe ſcriptũ uocabulum:perperam mutatur.

Caput iii.

Quibus uerbis Horatius chamelopardalin ſignificauerit:quęq; ſit eius animantis facies: quibuſq; etiam nominibus cenſeatur: & quo primum tempore uiſa in italia.

Caput iiii.

Quã multa poetarum interpretibus legenda: quodq; ſatyrã Perſius de Alcibiade Platonis effinxit.

Caput v.

Qui ſit apud Lucretium Durateus equus:quodq; legendũ apud

Valerium Flaccum non quidē Nox dorica/ ſed durica uel duria potius: in libro argonauticon ſecundo.

Caput vi.

Quo intellectu Catullianus paſſer accipiēdus: locuſq; etiā apud Martialem indicatus.

Caput vii.

Pathicos homines Iuuenalē innuere: qui digito ſcalpant uno caput: idq; de Calui poetæ uerſiculis.

Caput viii.

Cur errantiū ſiderū uocabula: diebus tributa: rationeſq; inibi ordinis eorum/ ſcitu/ relatuq; iucundę.

Caput viiii.

Quid in litteris Domitio: & quatenus credendū: deq; illius euidenti pudendoq; errore ſuper uoce Attegias.

Caput x.

De Baptis/ & Cotytto: deq; Cotyttiis: tū apud Iuuenalem/ & Horatium recta indicata lectio/ enarratioq;.

Caput xi.

Sententia de Claudiano expoſita: relatu prę͞q lepidę fabellæ: Tū fabella altera/ nō inſuauior e gręco iridē uerſa/ ſup Venere & roſa.

Caput xii.

Quomodo inuēta purpura: Simul explicatus Nonni locus: gręci poetæ.

Caput xiii.

Salutis augurium quod ſit/ apud Suetonium.

Caput xiiii.

Naulia quæ ſint in Ouidi artibus: atq; inibi de barbaris organorum appellationibus: quibus gręci noſtriq; utantur: quodq; etiā Chaldęi græca interim noſtraq; id genus uocabula/ nō aſpernāt̄.

Caput xv.

Qui fuerit auctor Sybaritidos de quo Ouidius: deq; ſybariticis libellis apud Martialem: luxuq; item cetero Sybaritarum.

Caput xvi.

De Ariſtidę mileſiacis de quo ſit apud Ouidium: deq; mileſiorũ deliciis.

Caput xvii.

Correctus in tragędia Senecę locus: atq; ex gręca remotiore fabula declaratus ſuper nemięo leone.

Caput xviii.

Qui ſit apud Iuuenalem Fraterculus gigantis: quiq; apud alios Terrę filius: ibidemq; de Mani uocabulo.

Caput xviiii.

Super aſpiratione citata quępiam: ſimul enarratum Catulli nobile epigrãma.

Caput xx.

Emendata apud Suetonium/ & enarrata uox hęc Aſcopera.

Caput xxi.

Quid ſit aut minerual/ aut mineruale munus: exeoq; ſentẽtiæ Iuuenalis/ & Varronis expoſitæ.

Caput xxii.

Cuiuſmodi ſint uerſiculi: in quibus ut ait Martialis! Echo græcula recantet.

Caput xxiii.

Legẽdum apud Martialẽ Cum cõpare mulo/ quod pleriq;/ Cũ cõpare Gibbo: ſimul explicata ratio in eo/ ſenſuſq; uerior.

Caput xxiiii.

Quędã ſuper hecale anu ĩ memoriã data: deq; poeſi Callimachi: tũ ex epigrãmatis priapeis expoſitus locus: & itẽ alter apud Statium: quodq; uitioſe legitur de eo/ in Apuleianis codicibus.

Caput xxv.

Quã multa in epiſtolis familiaribus quæ nunc habentur Ciceronis prępoſtera: Tũ quem in ordinem reſtituendę.

Caput xxvi.

Verſiculi in faſtis e gręco ſuper uite/ & capro: tũ parodia quępiã

obſcurior apud Suetonium.

Caput xxvii.

Verba in Ciceronis epiſtola ex Enni Medea/de grȩca Euripidi.

Caput xxviii.

Panici terrores qui uocentur: eoq; locupletiſſimi citati teſtes.

Caput xxviiii.

Vnde ſint apud Ouidiũ Teuthrãtia turba Theſpi uocatæ filię.

Caput xxx.

Vocabula inuentu rara nec tamẽ ſingularia Cucuma: Proſeucha: Scruta.

Caput xxxi.

Quid ſignificet illud apud Iuuenalem/ Tanq̃ habeas tria nomina: quodq; manu emiſſi/patronorum ſibi nomina imponebant: deq; in nomen adoptando ex teſtamento.

Caput xxxii.

Reſtituta Plinianis codicibus abolita pridẽ uox: quidq; poppyſmos aut poppyſma ſignificẽt: quodq; mos poppyſmis/ adorandi fulgetras.

Caput xxxiii.

Crambe quæ ſit apud Iuuenalem: ſuperq; ea grȩcum prouerbiũ.

Caput xxxiiii.

Vitioſe quæpiam in epiſtola Ciceronis: deq; uocabulo quod eſt Sciamachia.

Caput xxxv.

Locus in. M. Varronis: & item alteri columellæ libris rei ruſticæ/ defenſus a uitio: quædamq; ſuper Euhemero inibi: & Iouis ſepulchro: & cretenſibus addita: & locus apud Statium/ declaratus.

Caput xxxvi.

Solutum hic & enodatum/ quod aenigma de Varronis libro citat Gellius.

Caput xxxvii.

Lapſum ſede Seruium/ ſuper Oaxe fluuio & creta.

Caput xxxviii.

Expoſitũ Iuuenalis carmen/ contra omnium hactenus ſentẽtias ſuper Laconico/& pityliſmate.

Caput xxxviiii.

Scirpus exſolutus Auſoni uatis: de Cadmi filiabus: Melone: Sepia: & Cnidiis nodis.

Caput xxxx.

Scirpi ſimile uatis eiuſdem epigramma/ emaculatum/ atq; enarratum.

Caput xxxxi.

Quod in digeſtis Iuſtiniani principis/ diem diffuſum male pro eo quod eſt diffiſum legitur: ut & apud Gellium/diffundi & definitiones/ꝓ illis diffindi/& diffiſiones: Atq; inibi de pandectis florentinis non nihil.

Caput xxxxii.

Pollices in fauendo premi/ſicut in denegando fauorem/uerti ſolitos: ex eoq; ſententię Horati Iuuenalis & Prudenti declaratę.

Caput xxxxiii.

Quãmultas habuerint ãtiqui diphthongos.

Caput xxxxiiii.

Pegaſeium nectar legi oportere apud Perſium/nõ melos.

Caput xxxxv.

Patroclo iuniorem Achillem: cõtra q̃ aut Aeſchylus prodiderit: aut uulgo exiſtimetur.

Caput xxxxvi.

Cacoethes apud Iuuenalẽ tetraſyllabon/ nõ cacethos. Et cõdita pyxide lyde/ non incõdita legendũ: Simul enarratus apud Marcianum locus haud arbitror indiligenter.

Caput xxxxvii.

Quę Plinius ſuper titulis ueterum artificum pẽdentibus prodiderit/ea de monimẽtis etiam ueteribus agnita romę: ſicutiq; ſpeciem uergilianę ęgidos

Caput xxxxviii.
De Megabyzo ſcripſiſſe alios: quod Plinius de Alexandro: uentitare in Apellis officinam ſolito.
Caput xxxxviiii.
Contentio epigrammatum græci Poſidippi: & latini Auſoni ſup occaſionis imagine: tum pulcherrima ecphraſis/græci Calliſtrati.
Caput l.
Locus in Plinianis exẽplaribus emẽdatus ſuper nomine Proetidum: atq; inibi de ipſarum furore relata hiſtoria.
Caput li.
Cur in Epheſiæ Dianæ templo molles appellati honores a Martiale.
Caput lii.
Quæ ſit apud Martialem Cornibus ara frequens.
Caput liii.
Quod poſitum nomen Agamemnonis/in. M. Tulli diuinationibus/pro Vlyxis eſt: tum in tranſcurſu locus in epiſtolis ad Atticum non inelegans ſuper miniatula cęra/correctus & enarratus.
Caput liiii.
Ceratinæ qui ſint apud Quintilianum.
Caput lv.
Qui ſint Crocodilitę apud eundem.
Caput lvi.
Cur gemino cornu Martialis dixerit in ſpectaculis: ubi de Rhinocerote: deq; tauris æthiopicis.
Caput lvii.
Quæ ſint apud Suetonium Tetraones: correctumq; erratum Plinianis exemplaribus.
Caput lviii.
Origo & ritus ludorum ſecularium: prętereaq; ad id alia: citatũq; eo/ Sibyllæ oraculum: mox & obiter explicata quædam: turſuſq; alia refutata non inutiliter.

Caput lix.

Non Vergilium: ſed Ouidiũ uideri priapei carminis auctorẽ. Tũ uerſiculum illum/ qui ſit apud Martialem: Ride ſi ſapis o puella ride: Naſonis eſſe proculdubio: ſed ex epigrammatis potius/ q̃ aut ex artibus/ aut ex tragoedia Medea/ uideri citatum: moxq; nouum qppiam & mirum de Medea Naſonis adſcriptum.

Caput lx.

Agon uerbum: quo Victimarius uti ſolitus: de quo etiam in faſtis Ouidius.

Caput lxi.

Erratum in codicibus plinianis/ ſuper cicuta/ uinoq;: quodq; mẽdoſe apud Macrobium Aconitum pro conio.

Caput lxii.

Qui ſint arietini teſticuli: qui digitus medius/ apud Tullium.

Caput lxiii.

Aliter citari a Varrone Terẽti uerba: q̃ aut ĩ exemplaribus habeatur/ aut Donatus agnouerit.

Caput lxiiii.

Declarati uerſus Auſoni: ſed & Ouidi ſup Choliãbo aut Scazõte.

Caput lxv.

Qui ſit habitus ĩ ſtatuis pacificator: deq; eo ſentire Statium ĩ prima ſilua.

Caput lxvi.

Locus ĩ Plauti muſtellaria/ & itẽ alter ĩ milite/ uindicati a uitio.

Caput lxvii.

Cornicem uideri apud ueteres cõcordiæ ſymbolũ: nõ ut omnes apud Iuuenalem exiſtimant ciconiam.

Caput lxviii.

Verſus ex Callimacho ſuper crinibus reginæ Berenices: atq; inde mendum ex Catulli exemptum uerſiculo.

Caput lxix.

Oarion ſinceriter eſſe apud Catullum: quod Aorion iſti legunt:

qui bonos uiolant libros.

Caput lxx.

Cuius ī Bruti nomiſmate ſymbolum ſint pileus & pugiones.

Caput lxxi.

Quæpiam uulgo legi adhuc apud Maronem contra regulam cō
traq; rationem metri.

Caput lxxii.

De philyra/ & lemniſcatis coronis.

Caput lxxiii.

Vocabulum quod eſt expernata/ Catullianis uideri exemplari
bus reponendum.

Caput lxxiiii.

Hiſtoria non illepida/ ſuper Zeuſi pictore/ & helena.

Caput lxxv.

Emendata uox in Ibide: ſimul explicata ſententia neutiq̄ nota
hactenus.

Caput lxxvi.

Non Antilochum ab Hectore/ ſed aliter uideri legendum in pri
ma heroidum.

Caput lxxvii.

Quo argumento dicendum Vergilius non Virgilius.

Caput lxxviii.

Additam falſo negationē primo digeſtorū uolumine: quo capi
te/ de officio proconſulis agitur & legati.

Caput lxxix.

Cur Seleuci regis facies ī nomiſmatis cornigera.

Caput lxxx.

Fabula ignotior de Tireſia & Pallade: qua ſenſus aperitur Pro
pertianus.

Caput lxxxi.

De Ocno & Aſello: quodq; apud Propertium mendoſe legitur
Orno.

Caput lxxxii.

Quod ĩ digeſtis titulo de edẽdo legatur ad alium/ legi ad albũ conuenire.

Caput lxxxiii.

De Harpocrate.

Caput lxxxiiii.

De libertinis/qui uocentur dediticii.

Caput lxxxv.

Cuiuſmodi apud Iuuenalem Cereris ludi accipiantur: deq; cerialium auctore Mẽmio.

Caput lxxxvi.

De fluctu decimo ſeu decumano: cuius permulti poetæ meminerunt.

Caput lxxxvii.

Quod erat in Ciceronis epiſtola uocabulum Philotheoron/ corruptum dein improbe ĩ nomẽ quod eſt Philocteten.

Caput lxxxviii.

Vnde illud tractum Fuimus troes: quæq; extent ĩ litteris/ſuper lacedęmoniorum choro/& cantico.

Caput lxxxix.

Quod Seruius grãmaticus bucolicos Maronis uerſus/ tam mendoſe legit: q̃ falſo enarrat. Notataq; ibi & relata quædam ſup initiandis pueris: ſuperq; dis aliquot ueterum/ maximeq; geniis & Iunonibus.

Caput lxxxx.

Qui uir Theodorus Gaza: quantũq; tamẽ lapſus in Ariſtotelis problemate uerſo.

Caput lxxxxi.

Quo pacto uir idem græce tranſtulerit: quod eſt apud Ciceronẽ/ Suadęmedulla/ poſitiq; Eupolidos uerſus de Pericle: tum indicatum: quibus deniq; dea Pitho/ latinis appellationibus cenſeatur.

Caput lxxxxii.
Qui ſint apud Liuium Cauſarii.
Caput lxxxxiii.
Vindicata Iuſtiniani principis præfatio quæpiã/a uitiis/mẽdiſq; aliquot.
Caput lxxxxiiii.
Lepidum Seueriani cõmentum/de lunæ factura & ſolis: deq; mẽſtruis diebus/& annuis.
Caput lxxxxv.
Græcum elegãs adagium ſuper xeniis digeſtorũ exemplaribus reſtitutum.
Caput lxxxxvi.
Quãta in muribus ſalacitas: & Hęliani uerborum interpretamẽtum: atq; inibi locus apud Martialem correctus & enarratus.
Caput lxxxxvii.
Automaton legendũ ĩ Suetonio/quod nũc uulgo aut ornatum: quidq; ea uoce ſignificetur.
Caput lxxxxviii.
Perſi locus: & item Senecę declarati: deq; manumittendis feſtuca ſeruis: & circumactu.
Caput lxxxxviiii.
Cur muri partem diſicere quod ait Suetonius/hieronicę ſoliti.
Caput .C.
Quæ ſint apud Maronem ſilẽtia lunæ: quę ue tacita uirgo apud Horatium: ſuperq; iis Seruiana & Acroniana refutatæ ſententiæ.

## Caput Primum.

Defenſus a calumnia Cicero:ſuper enarrata ui/ ñoui apud Ari
ſtotelen uocabuli:quod eſt Endelechia.

a Rgyropylus ille byzantius/ olim præceptor in philoſo
phia noſter/ cum litterarum latinarũ minime ĩcurioſus:
tum ſapientię decretorũ/diſciplinarũq; adeo cũctarum/
quæ cyclicæ a Marciano dicunt̃/ eruditiſſimus eſt habi
tus. Hic & apud Medicẽ Coſmũ/ decreto publico patrẽ patrię/ &
dein apud Coſmi filiũ Petrũ/nepotẽq; adeo Laurẽtiũ hũc/decus
ubiq; noſtrũ/patritæ ſimul auitęq; uirtutis heredẽ/ſuæq;. R. p. co
lumen/inſigni fuit & auctoritate & gratia: quibus etiã libros di
cauit Ariſtotelis a ſe uerſos ĩ latinũ! ſed & ipſum uix adhuc q̃dẽ
puberẽ Laurẽtiũ/ dialecticis ĩbuit/eaq; philoſophię parte/qua de
moribus præcipit̃.. Ceterũ ( ut homo græcus ) p̃q̃ ferebat iniquo
aĩo/nobilẽ illã nec(ut Theodorus gaza putat)ĩportunã. M. Tul
li Ciceronis exclamationẽ/ qua gręciã uerborũ interdũ inopẽ/ q
bus ſe putat abũdare: nõ eloquẽtius fortaſſe q̃ uerius pnuntia
uit. Ob id igit̃ ſubiratus latinæ copię/genitori & principi/gręcus
magiſter! etiã dictitare auſus ẽ:(quod nũc quoq; uix aures patiũ
tur) ignarũ fuiſſe/non philoſophiæ modo Ciceronẽ! ſed etiam(ſi
dis placet)græcarũ litterarũ. Vix. n. dici poteſt/q̃ nos aliquando
ideſt latinos homines/in participatũ ſuæ linguæ/doctrinęq;/nõ
libẽter admittat iſta natio. Nos. n. q̃ſq̃lias tenere litterarũ! ſe fru
gem:nos pręſegmina! ſe corpus:nos putamina! ſe nucleũ credit!
Sed ut ad Argyropylũ reuertar/ oculos ad hũc modũ noſtri parẽ
tis uiuẽtis/uicturiq; ſigillãtem: utebat̃ hoc ille uel maxime argu
mento:quod ĩ primo tuſculanarũ quęſtionũ ſcribat Cicero/cenſe
re Ariſtotelen quintã eſſe/ quandã pręter elemẽta naturã: de qua
ſit mẽs: uerbaq; deniq; ipſius ita legant̃. Quintũ genus adhibet
uacans nomine/& ſicipſum animum entelechian appellat nouo
nomine:quaſi quandã cõtinuatã motionem & pennem! ſed. n.

nemo eſt aiebat/in Ariſtotelis lectione paulo frequẽtior: qn ſciat
endelechian eſſe potius Ariſtoteleũ uerbum: ne utiq̃ ſignificans
quod Cicero putat/continuatã motionẽ & pemnem! ſed pfectio
nem potius/aut conſũmationẽ quãpiã. Nã cũ uellet Ariſtoteles/
quaſi nomenclaturã facere intellectũ ſuorũ: uerba ipſe quæpiam
noua cõcepit animo/ uelutiq; dein peperit: in quis hoc quoq;/p
quod indicat̃ forma/ſpecieſq;/cui pfectionem res quæq; ſuam de
beat. Quod.n.quidq; eſt! ab hac eſt entelechia potiſſimum. Cice
ro autẽ non qdem hãc Ariſtoteleã uocem! ſed aliã prorſus ei con
tiguam/finitimamq;/ſimilitudinis præſtigio falſus enarrauit. En
delechos.n.cõtinuatim mobiliter: cõtinuataq; mobilitas! Ende
lechiſmos: unde hãc Ariſtotelis entelechiam/deduci putauit ille:
quæ nõ.d. litterã tamẽ! ſed.t. potius habeat in ſyllaba ſecũda: Iã
auctores cõtra Ciceronẽ ſtare q̃libet magnos pipateticos/adiicie
bat. Et ut homo erat/ omniũ (ut tum qdẽ uidebat̃) acerrimus in
diſputãdo/atq; aurẽ (quod ait Perſius) mordaci lotus acero: prę
terea uerborũ quoq; noſtrorũ/funditator maximus: facile id uel
nobis/uel ceteris tũ quidem ſuis ſectatoribus perſuaſerat: ita ut
(quod pene dictu quoq; nefas) pro cõceſſo ĩter nos haberet̃/nec
philoſophiã ſciſſe. M. Tulliũ/nec litteras græcas. Eniuero re dein
tota diligẽtius pueſtigata/meas eſſe partis: & itẽ cuiuſcũq; latini
profeſſoris/exiſtimaui! Ciceronis gloriã/qua uel maxime contra
græcos ſtamus: etiã uice capitis omni contentione defenſare: q̃q̃
illã ſua non antiquitas modo! ſed quędã prope diuinitas extra
ictũ/ſupraq; iniuriã poſuit. Iã primũ igit̃ Argyropyli huiuſ apud
me quoq; nõ exigui põderis auctoritas/aliis auctoritatibus/mul
toq; arbitror ualẽtioribus refellẽda ẽ: tũ oſtẽdẽdum! ex eo quod
obicit̃/augeri Ciceronis pręconiũ: nedũ decreſcat. Et pdibũt ĩ me
diũ ſatis (arbitror) quod ad philoſophiã modo ptinet/idonei Ci
ceronis laudatores (ut ſimus ĩterĩ q̃ pauciſſimis cõtẽti) Boetius/
Macrobius/& Auguſtinus. Nam qs Boetio/ uel ĩ dialecticis acu
tior? uel ſubtilior ĩ mathematicis? uel ĩ philoſophia locupletior?

uel in theologia ſublimior? Quem tanti iuniores etiam philoſo
phi/longe (arbitror) omnium ꝑſpicaciſſimi fecerunt: ut aquinatẽ
Thommã diuum hominẽ: magnumq; illum Thommę pręcepto
rem (Deus bone) quos uiros! habere meruerit enarratores: & ab
ipſius ſententia/ne ſit ulla quidẽ pene iã ꝓuocatio. Porro de Ma
crobio! cui rogo magis credendum: q̃ laudãti præcipue Boetio?
Deniq; ipſius Auguſtini tam alte niſa ĩ omnibus ferme diſcipli
nis eſt auctoritas: ut extra omnẽ ſit aleã poſita: ſic ut ab ea iam/
ne trãſuerſum qdẽ (quod dicit̃) unguẽ recedi/ fas habeat̃. Etenĩ
tanta ingenii cõſtat eũ celeritate uiguiſſe: ut quidquid de arte lo
quẽdi/ & diſſerẽdi: quidqd de dimẽſionibus figurarum/ de muſi
cis/ de numeris præcipit̃! etiam ſine magna difficultate/ nullo ho
minũ tradẽte/ perceperit: tanto dein acumine pręſtitiſſe diſputan
di! ut iure ĩ uno iſto potiſſimũ/ totius ueritatis niti patrociniũ/
uideat̃. Conſideremus igit̃ quid hi ſinguli ſaltẽ de Cicerone ſen
ſerint: quãtũq; ei tribuerint ĩ philoſophia: tũ credamus audacter:
nõ cuiuſuis eſſe/ calũniã cõflare homini: q fuerit a laudatiſſimis
hominibus/ tã ſingulariter laudatus. Boetius itaq; nõ modo ſic
utitur identidẽ. M. Tulli teſtimoniis: ut ea pro firmiſſimis/ & in
uiolabilibus obiciat argumẽtis! ſed & ipſius topicorũ (qui maxi
mus eſt honor) ſuſcipere ĩterpretationẽ nõ erubeſcit. Macrobius
autẽ ſic ĩ unius eiuſdem libri/ uel exigua particula uerſat̃: ut nec
Platoni cõparem facere/ nec omnibus inſignire eũ/ diſciplinarum
omniũ titulis/ dubitauerit. Deniq; Auguſtinus cum in academi
cis quanq̃ ſub alterius ꝑſona/ nũc ſuũ Ciceronẽ/ nũc ſapientẽ ap
pellãs: tandẽ ab ipſo inqt ĩ latina lingua philoſophiã/ & inchoa
tam eſſe & ꝑfectam: tũ in cõfeſſionibus ubi neutiq̃ perſonatus:
eos exꝓfeſſo damnat: q linguã Ciceronis mirant̃/ pectus nõ ita:
qn imo quod affectũ mutauerit ipſe! quod ad deũ preces & uo
ta cõuerterit! quod deſideria nõ eadẽ/ quæ prius habuerit! quod
omnis ei uana ſpes euiluerit! quod ĩmortalitatẽ ſapientię quęſie
rit/ eſtu cordis ĩcredibili! poſtremo quod ſurgere iam ceperit/ ut

ad deum reuerteretur! cuncta hæc/eſſe Ciceronis munus/fatetur: uniq; prorſus illius libro/qui uocaretur hortenſius/omnẽ ſuæ ſa lutis occaſionẽ rettulit acceptam. Non.n.ad acuẽdam linguam liber inꝗt ille offerebatur: nec locutionem mihi! ſed quod loque batur ꝑſuaſerat. Quod iſti utinã legiſſent/qui ſomniũ ægroti nõ bis Hieronymi uapulantis ad tribunal obiectant: nec illud ſaltẽ cogitãtes: illum ipſum Hieronymũ: cũ poſt repetitã dein ſtatim Ciceronis lectionẽ/periurus a Rufino argueretur: etiã grauiſſime cõqueri: quod ſibi ab illo ſuamet ſõnia obicerentˮ. Ceterũ (ut ad ꝓpoſitum reuertar) uicerit ſane uel Argyropylus: uel quis alius Ciceromaſtix! Sed rogo iſtas prius tranſcẽdere audeat auctorita tũ moles: quas oppoſuimus. Eníuero de grę̨cis litteris facilior/ proniorq; ſententia. Quis.n.tam hiſpida aure? ꝗs tam inimicus ueritati! qui ſi pauca modo/peneq; etiam tumultuaria græca uer ba: ſparſim adhuc uel ĩ epiſtolis ipſius olfaciat! quicquã ſe dicat unꝗ̃ magis aut elegans/aut atticũ/ tota quoq; græcia repperiſſe? ſic ut iure Poſidoniũ/ doctiſſimũ illum hominẽ: deterruerit a ſcri bendo: iure græcam nationẽ/græco de rebus ſuis cõmentario/cõ turbauerit: in quo ſe ait libro totũ Iſocratis myrhothecion: atq; omnis eius diſcipulorũ arculas: tum nõ nihil etiam Ariſtotelea pigmẽta conſumpſiſſe. Qua mihi uidetur fiducia: non minus alĩ quãdo græcæ ꝗ̃ latinæ linguæ ueluti pomeriũ protuliſſe. Sit argu mẽto uel illud (ut uno ĩterim contẽti exẽplo ſimus) quod ĩnocẽ tiæ uocabulũ/negat habere apud græcos uſitatũ nomẽ! ſed habe re ait poſſe tamen/Eulabian. Tum caſtigat ĩterdum quoq;/ceu ſe gnitiam quorundam apud illos uocabulorum: ſicuti cum uelle eos ait quidem diſtinguere! ſed parum ualere uerbo: quod uel ĩ illis probant: quæ ſunt: melancholia/& furor: uel item ĩ eo quod ϖόνον pro labore confuſius illi/& dolore pariter/accipiunt: tum melius aliquid nos dicere indicat: ꝗ̃ illos: ut conuiuium/ut alia: multoq; melius quę̨dã notata eſſe uerbis latinis/ꝗ̃ grę̨cis: quod & ſignificat multis locis reperiri! ſed & carere hos ipſos nomine

rei cuiuſpiã quã maxime habeant familiarẽ/non diſſimulat. Nec
ullus eorũ tamen quãlibet ĩquirẽdo ſe torſerit: inepti reperire ad
huc/ aut excogitare uocabulum potuit. Iam uero nõ ne Apollo
nius quoq; ille Molo/Rhetorũ omniũ ſui tẽporis celeberrimus:
audita ſemel grę̨ca. M. Tulli/ſed & extẽporali oratione: defixus
diu ſtetiſſe: ac deniq; ita mirabundus ꝓnuntiaſſe dicit̃:/Ego uero
te qdẽ Cicero/cũ laudo/tũ admiror/ſed me grę̨corũ fortunæ miſe
ret/tę̨detq;: quod humanitatis & eloquẽtiæ decora: quæ ſola no
bis reliqua feceramus: ea quoq; ꝑ te: (quãtũ ĩtelligo) romanis ar
rogant̃. Eniuero hoc illius iudiciũ nõ latinus: nõ ineptus aliqs/
ſed Plutarchus ipſe/grę̨co uir ingenio: romana grauitate in litte
ris rettulit. Ergo ad hunc ſane modũ/de ſciẽtia ipſius/deq; græcę̨
linguę peritia: teſtatũ nobis ueteres reliquerunt. Age uero nunc
Endelechian quoq; iſtã penſitemus: feram Ciceronis calumniatri
cem. Vtrũ ne iſtic igit̃ reprę̨hẽditur/quod Ariſtotelem dixerit ad
hibuiſſe Cicero quintã quandam præter elementa naturam: & ſic
ipſum animum nouo nomine appellauiſſe:/Quod & Alexander
Aphrodiſieus peripateticorum omniũ etiã ab Auerroe laudatiſſi
mus/ in egregie ſubtilibus illis naturaliũ quę̨ſtionum libris oſtẽ
dit: quos a ſe lectos diuus Hieronymus gloriat̃: & Porphyrius ĩ
cõmentario quod in Ariſtotelis decẽ genera per interrogationes
edidit: & reſpõſiones: & Themiſtius ſuꝑ hos/ĩ paraphraſi de ani
ma ſecũda: & Simplicius/ubi Ariſtoteleũ paris argumẽti uolumẽ
ĩterpretat̃: & Quĩtilianus Ariſtides/ĩ tertio de muſica: & poſtre
mo ĩ epiſtola quadã ſua diuus Ambroſius (ut alios interim præ
tereamus) unanimiter prope ſignificarũt. Quãq̃ de hoc utiq;/ne
in uerbis qdẽ Ariſtotelis ipſis/ulla dubitatio ẽ. An illud potius
culpat̃/ quod endelechiæ uocabulũ/ nec ſuis litteris notauerit:
& aliũ q̃ Ariſtoteles ĩtellectũ (ſicuti ſupra diximus) accõmodaue
rit:/Principio igit̃ quę̨ro ego ab iſtis: quo nã maxime argumẽto
entelechian potius q̃ endelechian ſcriptũ collegerint ab Ariſtote
le:/Tam. n. uerbũ nouũ hoc: q̃ illud: nec minus altero ſignificari.

animus/q̃ altero poteſt: nec Ariſtoteles ipſe ꝑfectionem potius/ q̃ motionem illam indicari continuam noua uoce ꝓnuntiat. Crediderint ita ſane/Porphyrius/Themiſtius/Simplicius/ aut ſiqui compares. Quæ autẽ tãdem inuidia eſt! etiã Ciceronem/aliter q̃ poſteriores opinatum: ſi ſtare ipſe ſicquoqꝫ/tueriqꝫ gradum bene & fortiter poteſt? Nam ſit utra lectio uerior/ ea quã Cicero agnoſcit: an quæ apud poſteros obtinuit! ĩ incerto adhuc eſt. Etenim libri omnes Ariſtotelei: qui tam grãdi nunc quidem auctoritate pollent! ĩterpolati/pleniqꝫ multis erroribus olim ſunt editi: ſi fidem Straboni accõmodamus/auctori non malo. Siquidẽ Neleus ille ſcepſius/ Coriſci filius/& Ariſtotelis/ Theophraſtiqꝫ nõ ſolũ auditor! ſed & bibliothecæ ſucceſſor/& heres! libros utriuſqꝫ philoſophi ſcepſin/ hoc eſt ĩ ſuam patriam cõportaſſe uniuerſos phibetur. Hiqꝫ dein! a poſteris ipſius/ metuentibus uidelicet attalicos reges/ librorũ iſtiuſmodi ſtudioſiſſimos! infoſſi terræ/negligẽterqꝫ habiti diu/tandẽ aliquãdo ab Apellicone Teio/ magna empti mercede dicunᷣ! ſed carie/ſituqꝫ (quod neceſſe fuit) multis exeſi/& labefacti locis: quos tamẽ ĩcõſultius ſupplere Apellicon ipſe/librorũ/q̃ philoſophię ſtudioſior: & pro arbitrio (quẽadmodũ qdẽ putabat) emẽdare auſus! plurimis temerauit erroribus. Hi tamen aduſqꝫ Sullæ tẽpora (ſicuti Plutarchus memorat) athenis deliteſcebãt. Nã ꝑipatetici ueteres/ordinariis iſtis/qbus oĩs inſtruiᷣ philoſophia carẽtes! paucos modo: quos uocãt exotericos habuerunt: eoqꝫ poſteriores exqſitius philoſophati: quod Ariſtotelis uolumĩa/q̃q̃ alicubi/cõtaminata/ꝑuolutabãt. Quippe. L. Sulla bibliothecam Apelliconis iſtã reptã athenis/romam primus trãſtulit: tũ grãmaticus Tyrãnion & ei pene Suppar Andronicus rhodius: is q libros etiã ꝑihermenias negat eſſe Ariſtotelis! magna copia libros eius philoſophi: tabulis etiã neſcio qbus editis ĩuulgarũt. Quo circa nihil eſt/quod iã dubitemus/qn de ſinceritate primęua lectionis iſtius/ pręſertim tãtillo diſcrimine/uel libera ſit ĩ utrãqꝫ partẽ ſuſpitio: uel (ſi alterutri accedẽdũ)

turius Ciceronem ſit præferri/longe priorem q̃ Alexander eſt: primus ex illa cohorte quã diximus: Ariſtotelis enarrator: quem Seueri floruiſſe tẽporibus/ uel ipſius de fato ſignificat opus: æqualemq; ꝓpemodũ/ ſeu paulo credo maiuſculum/ ſummis illis academicis Origene & Plotino. Quid autem prohibet: quominus Cicero ipſe uidere matricem quoq; librorum Ariſtotelis: qui fuerint ipſius ætate publicati: ſi nõ icorruptã: certe (ſicuti diximus) cõſcribellatã/ potuerit? Tum & cõſulto factũ ab homine doctiſſimo crediderim: ut libero pectoris muro ſeptus: eam nouo huic Ariſtotelis uocabulo interpretationẽ/ iure accõmodare ſit auſus: quæ cum Platonis i Phędro ſententia/ ſuper animæ motu ſempiterno/ atq; (ut Varro inquit) Dio: conſentiret: de qua ipſe quoq; uel i tuſculanis quęſtionibus/ uel in ſexto Reip. uolumine/ commeminerit: Quãdo & Philoponus in Ariſtotelis uita: & Simplicius in cõmentariis de anima: & in extremo perihermenias libro Boetius ipſe/ germanas eſſe/ & compares utriuſq; philoſophi ſententias aſſeuerant: etiãq; libros ſeptem compoſuiſſe Porphyrius traditur: quibus hoc maxime argumentũ colligeretur: eandem Platonis eſſe prorſus: & Ariſtotelis hęreſin: quod & Picus hic Mirãdula meus: in quadam ſuarum diſputationum præfatione tractauit: & uero uerius eſſe: copioſiſſimo opere (credo) pulcherrimoq; peruincet (niſi me tamen guſtus fefellit) quod de Platonis hac ipſa/ quam dicimus: & Ariſtotelis concordia: noctes atq; dies molitur/ & cudit. Ita non modo/ nõ erraſſe in uocabulo iſto noſter Cicero: ſed uel eruditius aliquanto q̃ ceteri: uel ad ſuam ſectam ſcripſiſſe accõmodatius itelligetur: ut quod de clariſſimi uiri doctrina/ tã idonei/ q̃ ſuperius oſtẽdimus auctores ſpoponderunt: etiã ipſemet/ in quo pręcipue diuerticulo calũniã patit̃: largiſſime/ cumulatiſſimeq; pręſtiterit. Nec autẽ nouũ Ciceroni/ aut inuſitatũ: calũniam pati a gręcis: quãdo etiã Didymus ſex libros aduerſus eũdẽ cõpoſuit: Sillographos imitatus maledicos ſcriptores: q tamẽ libri iudicio doctarũ auriũ ſunt improbati. Sic

aduerſus generoſiſſimũ leonem/procul/deſpectis uocibus/etiam quidam ſæpe lucernarii canes baubantur.

Caput ii.

Quę ſint crepidæ apud Catullũ carpatinæ: quod probe ſcriptum uocabulum: perperam mutatur.

u Alerius Catullus in epigrammate quodam ſic ait
Iſta tamen lingua/ſi uſus ueniat tibi! poſſis
Culos: & crepidas lingere carpatinas.

Quæſitum uero a multis: explicatum adhuc a nemine: quæ ſint carpatinæ: ſeu carbatinæ crepidę: nam utrunqꝫ recte! Sed & itẽ carbaſinæ/dicitur. Quidã autẽ plani: & tenebriones i litteris: uetere expũcto uocabulo! neſcio quas ſupponũt/aut cercopythas/ aut coprotinas ex hara ꝓductas/nõ ſchola: uocabula nuda: nomina caſſa: & nihili uoces. Nos de gręco ĩſtrumẽto: quaſi de cella ꝓma! non deſpicabilis: nec abrogãdæ fidei! proferemus auctoritates: quibus & lectio præſtruatur incolumis! & interpretamenti nubilum diſcutiatur. Iam primum igitur/Iulius ipſe Pollux/libro nono ad Commodum Cęſarem! carbatinas eſſe ait ruſticũ calciamẽtum/ſic a Caribus appellatum. Ariſtoteles uero in ſecũdo de animalium hiſtoria! chamelos calceari carbatinis ſcribit: ne ſcilicet ĩ exercitu/longiore itinere fatiſcãt. Sed & quattuor extãt gręce nimiſ q̃ libelli elegãtes poemenicon titulo: quorum in ſecundo/ſenex quidam cum pera & calceis carbatinis ĩtroducitur: & Lucianus in dialogo: q uel Alexander: uel Pſeudomãtis inſcribiẽ/oratores quoſpiam e paphlagonia carbatinis calceatos ait. Deniqꝫ etiam Xenophon Socraticus anabaſeos tertio/ Cum defeciſſent inqt/ueteres calcei carbatinas habebant ex recentibus coriis bubulis confectas: quẽ etiã locũ/diſſimulato tamẽ auctore/Suidas adducit. Quin interpres quiſpiam Xenophontis eiuſdem! carbatinas eſſe addit/barbaricum calciamentum.

Caput iiii.

Quibus uerbis Horatius chamelopardalin ſignificauerit: queqꝫ ſit eius animantis facies: quibuſqꝫ etiam nominibus cenſeatur: & quo primum tempore uiſa in italia.

h Oratius in epiſtola ad Auguſtũ: Diuerſum/inq̄t/cõfuſa gẽnus panthera/ chamelo. Nos olim iã publica pręlectione dictauimus uideri eũ de chamelopardali: quæ uulgo Girafa dicit̃/ſentire. Quã.n.uocamus antherã! græci pardalin. Et hanc a rege dein ipſo ægypti q ſultanus uocat̃: inter munera alia dono miſſam Laurẽtio Medici uidimus: nõ tam meo: q̃ igeniorũ omniũ/uirtutumqꝫ patrono. Tãtum mirati ſumus habere ipſam cornicula: quãq̃ mas erat: quoniam de his nihil hactenus in ueteribus memoriis legebamus. Ceterum gręcus Heliodorus non dilutę ſcriptor auctoritatis/libro ęthiopicon decimo: in hanc fere me ſentẽtiam de ea meminit: cum ſcilicet Hydaſpæ regi ęthiopũ dono datam ab Auxomitarũ legatis fabulatur. Poſtremo inquit acceſſere etiam Auxomitarum legati/nõ uectigales illi quidem! ſed amici/& federe iuncti: qui beniuolentiam rebus proſpere geſtis indicantes! cum alia & ipſi munera obtulerunt: tũ imprimis animãtemquampiam inuſitata ſpecie/naturaqꝫ: cuius ad magnitudinem chameli proceritas. Color/pelliſqꝫ panthere/maculis ueluti florentibus uariegata. Poſtremæ infra aluum partes! humi ſubſidebãt/ſicuti ĩ leonibus uidemus. Humeri: pedeſqꝫ priores/ atqꝫ item pectus! pręter ceterorum membrorum rationem procera. Tenuis ceruix: & quæ de reliqua corporis mole/ in olorinum collũ ſe tenderet. Chamelo caput ſimile. Maior ipſa pene duplo/ q̃ libyſſæ ſtruthi: ſubſcriptoſqꝫ uelut oculos/ torue motans cõniuebat. Inceſſus autem/ lõge animantium ceterarum terreſtrium: uel aquatilium diſſimilis: neqꝫ enim uiciſſatim crura ſimul! Sed dextra pariter: dein ſiniſtra utraqꝫ agitabat. Cũqꝫ iis ſuſpẽſa proferebat latera: tractu/motuqꝫ/tam facili! ut eam quo uellet/tenui

capiſtro uertici deuincto/ueluti fortiſſimo uinculo/magiſter per
duceret. Hęc ut eſt cōſpecta animans/omnē continuo multitudī
nē obſtupefecit: ſpecieſq; nomē inuenit: ex iis quę pręcipua ī cor
pore: ſic ut extēpore eam populus/chamelopardalin appellaret.
Hactenus Heliodorus. Dion uero/gręcus & ipſe auctor/ī tertio
quadrageſimoq; romanæ hiſtorię libro/ de Cęſare narrās/ ita fer
me ſcribit. Chamelopardalin uero primus ipſe romā adduxit: &
populo oſtēdit. Id animal cetera chamelus: crura autē inæqualia
habet/ poſteriora prioribus magis breuia: ut a clunibus attolli
ſenſim/quaſi aſcēdēti ſimile īcipiat: corpuſq; reliquū/ ſublime ad
modum cruribus prioribus ſuſtētatur/ſed ceruix ī altitudinē pe
ne peculiarem ſe tollit. Colore ipſa maculoſo/ceu panthera: quo
fit ut amborum ꝓmiſcuo uocabulo cenſeat̄. Plinius uero de cha
melis tractās/ hoc quoq; addit. Harum aliqua ſimilitudo ī duo
tranſfert̄ animalia. Nabun æthiopes uocāt: collo ſimilē equo: pe
dibus/& cruribus/boui: chamelo/capite: maculis albis/rutilum
colorē diſtinguētibus. Vnde appellata Chamelopardalis: Dicta
toris Cęſaris circēſibus ludis/primum uiſa romę. Ex eo ſubinde
cernit̄ aſpectu/magis ꝙ̄ feritate cōſpicua: quare etiā ouis ferę no
men inuenit. Conſimilia ferme huic etiā Solinus ꝓdidit: quo lo
co de æthiopibus. Sed & M. Varro in libro de lingua latina ad
Ciceronē/Chamelus inquit ſuo nomine ſyriaco ī latinū uenit: ut
alexandrea/Chamelopardalis/nuper adducta: quod erat figura
ut chamelus/maculis ut pāthera. Riſi etiā nuper/ quia uerbū ex
Varrone dimidiatū/pardalis tantum/neſcio qs grammaticus in
lexicon retulerat ſuum: quod per ordinem litterarum compoſi
tum circumfertur: Cētum autem Gordiani principis ludis exhi
bitas: autore Capitolino feras oues accepimus.

Caput iiii.

Quam multa poetarum interpretibus legenda: quodq; ſatyram Perſius de Alcibiade Platonis effinxit.



BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

q Vi poetarum interpretationem ſuſcipit: eum non ſolum
(quod dicit̃) ad Ariſtophanis lucernã! ſed etiã ad Clean
this oportet lucubraſſe. Nec ꝑſpiciẽdæ autẽ philoſopho
rũ modo familię! ſed & iurecõſultorũ/ & medicorũ itẽ/ & dialecti
corum: & ꝗcunq; doctrinæ illum orbẽ faciũt: quæ uocamus ency
clia/ ſed & philologorũ quoq; omniũ. Nec proſpiciẽdæ tantũ! ue
rum itroſpiciendæ magis: neq; (quod dicit̃) ab limine/ ac ueſtibu
lo ſalutãdæ! ſed arceſſendæ potius ĩ penetralia/ & ĩ intimam fami
liaritatẽ: ſi rẽ iuuare latinã ſtudemus: & inſcitiã cottidie iualeſcẽ
tem ꝑfligare: alioqui ſemidocta ſedulitas/ cũ magna ſui ꝑſuaſio
ne! detrimẽto/ nõ uſui. Plurima tamẽ/ in philoſophorũ maxime
opibus inuenias: quę ſint ĩ poetarũ noſtrorũ libros aſcita: quale
uidelicet: quod etiã annos abhinc aliquot Perſiũ publice poetã
enarrãtes indicabamus. Satyrã ipſius ꝗntã/ cuius eſt initiũ Rem
populi tractas/ ad Platonici dialogi qui primus Alcibiades uo
catur exẽplar/ ueluti deliniatã: ſic ut nõ ea ſolũ/ quę de iuſto atq;
iniuſto/ deq; ſui cuiq; notitia! Socrates inibi cũ Alcibiade agit/
delibaſſe ex eo pudenter! ſed locos etiã quoſpiam/ ſi non magni
momẽti: certe Veneris tamẽ pleniſſimos/ & leporis duxiſſe indi
dem Perſius intelligat̃. Quod genus & illa: Dic hoc magni pu
pille Pericli/ quoniã Socrates quoq; oſtendit/ omniũ maximũ ui
ſũ Alcibiadi/ quod ipſi relictus a patre tutor Xãthippi filius Peri
cles. Sic item. Dinomaches ego ſum. Ductum ex eo/ quod apud
Platonẽ ſic eſt. ὦ φίλε παῖ κλεινίου καὶ δεινομάχης Cõſimiliter
quod ait ibidẽ. Tecum habita: nõ ne dialogi eiuſdẽ ꝑuidiſſe ui
detur uoluntatem? Siquidem (quod Proclus enarrator affirmat)
nihil hic aliud Plato/ q̃ litteram delphicam reſpexit: monẽtem!
ſe qſq; ut norit. Quod & Picus Mirandula/ noſter amor: ĩ hepta
plo ſua: quam mox editurus: de ſeptiformi ſex dierũ geneſeos
enarratione! pulcherrime tetigit. Hęc igit̃ iueniſſe aliquãdo: uel
inuicem etiã cõtuliſſe: nõ emolumẽtum modo ſtudioſis! ſed &
uoluptatem pepererit/ minime uulgarem.

## Caput v.

Qui ſit apud Lucretiũ Durateus equus: quodq; legendũ apud Valerium Flaccum: non quidem: Nox dorica/ ſed durica/ uel duria potius: in libro argonauticon ſecundo.

L Vcretius ĩ primo de rerum natura: Nec cũ durateus troianis pergama partu Inflãmaſſet equus nocturno graiugenarum. Durateũ uocauit equũ illum troianum ab Epeo fabricatum/ perite ſimul/ & eleganter: quæ gręca uox/ & poetica lĩgneum ſignificat: & ſane Durateon uocat hunc etiam Homerus equũ/ libro octauo Odiſſeę ſic inq̃ens. ἀλλ᾽ἄγε δή μετάβηθι καί ἵππων κόσμον ἄεισον δουρατέου. τόν ἐπειόσ ἐποίησεν σύν ἀθήνῃ. Et item paulo poſt. δουράτεον μέγαν ἵππον ὅθ᾽εῖατο πάντεσ ἄριστοι. uulgoq; eundem nõ Durateon/ ſed durion/ cõmuniore lingua/ ſicuti etiam poeta Ariſtophanes. Atenim opicĩ homines/ dictionẽ ſibi incognitã expungere/ proq; illo/ quod eſt Durateus/ reponere nugamenta quæpiã/ uel duratuens: uel dira tenens/ occeperũt. Id ne attentare amplius audeant/ uiſus mihĩ ſum facturus operę pretiũ: ſi de iſto quoq; nõ nihil/ miſcellaneis inſeruiſſem. Sed & codicem ꝓxime nobis argonauticon Valerĩ Flacci perueterẽ/ Taddęus Vgoletus parmẽſis Matthiæ Pannoniorũ ſapientiſſimi & inuictiſſimi regis aulicus/ homo litteratiſſĩmus oſtẽdit: e quo fluxiſſe opinor & ceteros: q̃ ſunt ĩ manibus/ cuius ĩ ſecundo ſic eſt. Manet ĩmotis nox durica fatis: nõ ut uulgo legiť dorica. Quæ certo aut uera & emẽdata lectio: aut (quod ſuſpicor magis) ueræ ꝓxima: ut/ quod & uſus: & uocalitas ꝑſuadet: nox duria ſit apud illũ: qua ſcilicet/ Incluſos utero danaos/ equus ille Durius/ hoc eſt idẽ q̃ Durateus/ patefactus ad auras reddiderit. Neq; autem diphthõgus impediat. Quã.n. δούρειοσ gręce/ tam & δούριοσ

## Caput vi.

Quo intellectu Catullianus paſſer accipiendus: locuſq; etiam apud Martialem indicatus.

p Aſſer ille Catullianus/allegoricos ut arbitror/oſceniorem quēpiam celat intellectum/quē ſalua uerecundia/neq̄mus enuntiare. Quod ut credam Martialis epigrammate illo perſuadet: cuius hi ſunt extremi uerſiculi

Da mi baſia/ſed Catulliana
Quæ ſi tot fuerint: quot ille dixit/
Donabo tibi paſſerem Catulli.

Nimis.n. foret inſubidus poeta/(quod nefas credere) ſi Catulli paſſerē deniq;: ac non aliud quippiam: quod ſuſpicor magis/do naturū ſe puero poſt oſcula diceret. Hoc qd ſit/ eq̄dē pro ſtili pudore/ſuę cuiuſq; cōiecturę/de paſſeris natiua ſalacitate relinquo.

Caput vii.

Pathicos homines Iuuenalem innuere: qui digito ſcalpant uno caput: idq; de Calui poetę uerſiculis.

q Vi digito ſcalpūt uno caput: Sane mollē uirū ex eo ſignificari apud Iuuenalē/ī ſatyra nona nemini dubium/ ſed & Pōpeiū/ſic a Clodio notatū/ Plutarchus īdicat: ī Pōpei uita: ut illud īterim omittā/quod ī libello quoq; eo/notā hāc Pompei attigit: cui titulus ē/ Quo pacto fiat: ut inimici quoq; ꝓſint. Quin & Ammianus Marcellinus hiſtoriæ libro .xvii. Pōpei obtrectatores ait etiā hoc ī eo ludibrioſū & irritū obſeruaſſe: quod genuino quodā more/ caput digito uno ſcalpebat. Ceterū nō tā mollis ex his uerbis: q̄ plane pathicus: & draucus aliquis deſignat̃. Quod genus homines/ī ſatyra uniuerſa Iuuenalis īſectat̃. Alioqui lāguidus oppugnator & lenuncidus/uel potius(ut ita dixerim) Ficulneus poeta ſit iſte: ſi iā quaſi in molles ferat̃: hactenus in pathicos inuectus. Alludit.n.ſicuti mihi uidet̃/ad Calui

poetæ uerſiculos ĩ Pompeium: de quis ita eſt apud Senecam/ in libris oratorũ/ & rhetorũ. Carmina quoq; ĩquit eius/ q̃uis iocoſa ſint/ plena ſunt ingentis animi: dicit de Pompeio: Digito caput uno/ ſcalpit: quo credas hũc ſibi uelle uirum. Hucuſq; Seneca de Caluo. Quare cum poeta Iuuenalis/ indicare conaretur: confluere romam pathicos omnis: hoc eſt eos: qui ſibi uirum uellẽt/ feſtiue id ĩnuit ex particula Calui uerſiculorum: tum quidem (ut eſt ueriſimile) notiſſimorum/ per quam conſequentia noſcitarentur. Deq; his item ſupradictis Calui uerſiculis/ ſentire Porciũ latronem declamatione quadã apud eũdẽ Senecã/ arbitror: qui ita dicat: In Cn. Pompeiũ/ terra/ mariq; uictorẽ/ fuit q carmẽ componeret/ uno (ut ait) digito caput ſcalpentem: fuit aliqs/ qui licentia carminis/ tres auratos currus cõtemneret. Hæc Porcius latro. Quoniã autẽ liber hic Senecæ/ quẽ adducimus/ rariſſimus adhuc inuentu: ꝓpterea quaſi nouũ dignati ſumus hũc locũ noſtris cõmentationibus: ne quis expoſita nimis forſitan/ & ꝓculcata/ uelutiq; in medio iacentia putet rettuliſſe.

## Caput viii.

Cur errantium ſiderũ uocabula: diebus tributa: rationeſq; inibi ordinis eorum/ ſcitu/ relatuq; iucundæ.

n Omina iſta dierum/ de ſtellarũ errantiũ uocabulis appellata: quã habeãt/ aut originẽ/ aut rationẽ: nuſq̃ ſane alibi/ me legere/ q̃ apud hiſtoricũ Dionẽ memini. Cuius ex libro ſeptimo/ atq; trigeſimo ſic uerba poſſumus ĩterpretari. Nam quod his ſeptẽ ſtellis/ q planetes uocant̃: dies aſſignari/ receptũ eſt/ ĩuentũ qdẽ putat̃ ęgyptiorum. Sed ĩ omnes tamẽ homines/ haud ita pridẽ: (ut ſic dixerim) uulgari coeptũ. Ceterũ gręci ueteres: (q̃tũ eqdẽ ſciã) nullo ꝓrſus eã rem pacto cognitã habuerunt. Quoniã uero/ cũ nationibus aliis/ tum romanis uel maxime/ ſic mos ꝑuulgatus hic eſt: ut quaſi iã patrius uideat̃ pauca ſup iis/

ediſſeram! & quo pacto/qua ue cauſa ſic ordinentur! exponam.
Duplex igitur audita mihi ratio eſt/ utraq; ſane haud intellectu
difficilis! ſed ut ambæ tamen inſpectionem contineãt. Nã ſiqs
harmoniã/quæ diateſſaron appellat̃: qua una uis uniuerſa muſi
cæ totius cõtineri creditur: ad ſtellas has/ qbus omnis cęli orna
tus diſtinguitur: eodem quo ferunt̃ ordine/rettulerit! Atq; ab or
be illo ſupremo/q Saturno tribuitur/incipiẽs/omiſſis duobus ſe
quentibus/ quarti deniq; dominum nũcupauerit! ac dein duos
item alios trãſiliens/ ſeptimũ adiecerit! eodẽq; modo ꝑgrediẽs/
pręſides illorũ deos ſubinde in orbẽ recenſuerit! atq; ita dies ad
numerauerit! deprehẽdet omnes ratione quadã muſica/cũ cęleſti
illa diſtinctione/ornatuq; cõgruere. Ceterũ hæc una eſt! quæ fert̃
ratio. Altera uero eiuſmodi. Si diei/noctiſq; horas a prima ſtatim
ceperis numerare! Sic ut eam Saturno: dein ſequẽtem Ioui: tertiã
Marti: quartam Soli: qntam Veneri: ſextam Mercurio: ſeptimam
Lunę tribuas! per eam ſcilicet orbium ſeriem: quę ab ęgyptiis tra
ditur! atq; item denuo facias/ donec horas quattuor/ & uiginti
pertrãſeas! inuenies primã ſequẽtis diei horã/ſoli cohęrentẽ. Tũ
hoc idem ĩ quattuor illis/& uiginti horis/eadem qua prius ratio
ne/ſi facias! Lunæ primã tertii diei horã/cõciliabis. Quod ſi ſub
inde hoc ipſum ĩ ceteris obſeruabis! congruentẽ plane deum/ ſi
bi dies quęlibet aſciuerit. Hæc Dion: feſtiua nimis/& arguta:(ni
fallor). Sed quoniã uulgo nũc ſabbatũ/dieſq; dominicus/ uetus
amiſere nomẽ: cũ ceteri etiã nũc retineãt: ſcire ſtudioſos cõuenit:
& hũc Saturni/& illũ Solis appellatũ. Nã de ſolis die(quãtũ equi
dẽ nũc recordor) etiã Sozomenus gręcus hiſtoricus/etiãq; diuus
Hieronymus: de Saturni/aũt/ uel hic ipſe Diõ libro eodẽ/uel Frõ
tinus ĩ ſtrategematis: uel itẽ poeta elegiarũ Tibullus/ uel poſtre
mo etiã Tertullianus ĩ apologetico/& Gaudẽtius ĩ ſermonibus
cõmeminerũt. Sed & Fauſtus mileuitanus Manichęorũ ꝓpugna
tor ille maximus/ita ĩqt. Placet ſuſcipere ſabbatorũ otiũ: & ſatur
niacis manus ĩſertare catenis. Nec illud omiſerim: mutata dierũ

iſtorū nomina/ī quę nūc a chriſtianis uſurpant̃: auctore Conſtātī no pricipe: ſicut ī illius græca laudatione meminit/Nicephorus.

Caput viiii.

Quid in litteris Domitio: & quatenus credendū: deq; illius eui dēti pudendoq; errore ſuper uoce Attegias.

d Irue maurorū attegias. Hoc Iuuenalis hemiſtichion de ſatyra quartadecima: q̄ aut erudite/ aut fideliter/ aut etiā pſpicaciter enarret Domitius! age iā (ſi uacat) īſpiciamus. Sed pauca de homine prius/ſiqs hęc etiā fortaſſe. Domitius igit̃ calderinus ueronēſis/q decē abhinc ānos uita fūctus! uir fuit acris īgenii/multęq; ī litteris īduſtriæ: latinæ linguæ diligētiſſimus: græcæ nō īcuriosus: Nō pſā cōdere abſurdus: nō carmē. Nimiū ſui tamē (quod opa ipſius teſtant̃) admirator: ac p ſentētia cui ſemel adheſerat/ etiā cōtra uerū cōtumax & refractarius. Tū ob id ī ſcribēdo quoq; iactātior: atq; oīum pręſe cōtēptor: oīum q̄ minima occaſiuncula cauillator: & ſine diſcrimine uellicator. Itaq; etiā ſimultates eum doctiſſimorū hominum nimio plures exercuerunt: odioq; apud eoſ: neutiq̄ obſcuro laborauit: auctoritatis uulgo tā magnę fuit: ut romę iter pfeſſores/ iuuenis adhuc! primā ſibi celebritatē uindicauerit. Cuius tuēdę/ ac retinēdę gratia! factū cōpluries puramus: ut ī ſuis opibus frōtē pfricuerit: & p æqua/p iniqua famam captāſ: parū ex fide quępiā retulerit: nōnulla etiā male ſollers: & pręſtigioſus/ſpeciē qdē primorē ueri habētia: magno credētiū diſpēdio: ſentētiis ignorabilibus īplicuerit: & puluerē (quod aiūt) oculis offuderit: aut ſicubi maior difficultas! nec abſiſtens/ nec cōgrediēs/ſpem lectoris eluſerit. Ita dū neſcire ſe nihil pbare cōtēdit! etiā parthis aliquoties & cretēſibus mēdacior iuenit̃. Cuius exēplū ſecutis/aliis quoq;/ ī oēs iā litterarū articulos (ut uerbis utar Varronis) hęc mali gāgrena ſāguinolēta pmeauit: pręcidēda deletili ſtili parte certatim a doctis oibus/ ne ad uitalia uſq; deſerpat. Sūt aūt editi ab eo grāmatici cōmētarii aliquot ut ī Martia

lem/ Iuuenalemq; poetas: quos & Medicibus meis/ Laurentio/ Iulianoq; fratribus dedicauit/a quibus etiam/muneribus eſt ampliſſimis honeſtatus. Sed & in Stati ſiluulas: & in epiſtolam Saphus: in Ibin quoq; Naſonis/ edidit quæpiam/ plena nimirum bonæ frugis/ ubi non fucum facit! & lectoris credulitatem ludificatur. Ceterum Georgius Merula/uir plane doctus/ ac diligẽs: longeq; q̃ Domitius in ſcribendo cautior! & nunc primi fere nominis!non remulo (quod aiũt)!ſed uelificatione plena ĩuectus: cõmentariorũ illius ĩ Martialẽ/per multis editis notis/licentiam primus hominis/magno ueluti paſſu gradientem/prorſuſq; iam ferocientẽ compeſcuit. Nos quoq; dein primæ ſub flore iuuentę/ non quidẽ ut ipſius libros plane de manibus excuteremus!ſed ut ſomniculoſam iuuentutem/ uelut in aurem utranq; dormientem/expergefaceremus: in ipſo iam tum/noſtrę profeſſionis tirocinio: ſic/eundem/leniter quandoq;: quaſiq; parcente manu feriebamus: & nunc idem facturos pręfamur/utcunq; res feret: quo fides nobis/liberraſq; cõſtet. Neq; enim patiemur quatenus uires ſuppetent!impune illudi credulę iuuentuti/& ſimplicia ingenia ſupplantari. Quoniam autem (ut eſt apud Plautum) feliciter ſapit is: qui periculo alieno ſapit: cauebimus ipſi quidem pro uirili/nequid in hos libros: quod nõ defendi queat auctoritatibus/ referamus. Quid autem ad ſummam de ipſo ſentiamus/ ſi uitia uirtutibus penſemus: & qua parte ingenii maxime ſtetit ęſtimemus!uel epigramma teſtetur noſtrum/quod ĩ ripa Benaci lacus/ ipſo Domiti natali ſolo/Baccius ugolinus florentinus/ atq; Angelus Maffeus ueronenſis/illius memorię ſtudioſi/nouennium ferme abhinc/ĩcidendum ſaxo/curauerunt: quod & hic adſcribã.

Aſta uiator: puluerem uides ſacrum/
Quem uorticoſi uexat unda Benaci:
Hoc mutat ipſum ſępe muſa libethron
Fontemq; Siſyphi/ac uirecta permeſſi:
Quippe hoc Domitius uagiit ſolo primum:

Ille/ille doctus/ille/quem probe noſti/
Dictata dantem Romulę iuuentuti/
Mira eruentem ſenſa de pęnu uatum.
Abi uiator/ſat tuis oculis debes.
Sed nimis multa fortaſſe de homine: pauca præſertim polliciti: quod eo tamẽ conſilio fecimus: ut offam ueluti quãpiam grãmaticis iſtis diobolaribus/ omnia quaſi ꝑ nebulã uidẽtibus/obiceremus: qui nihil omnino rectum putabũt/ niſi quod ipſi deniq; tritũ diu/ proculcatũq; de ſuis illis ꝓfitentium cõmentariolis excerpſerũt. Ad attegias autẽ quod attinet! ipſius hæc Domiti uerba ſunt. Alii inꝗt accipiũt lingua maurorum attegias mapalia ſignificare. Ego potius ĩtelligo/ hoc ſignificare mauritaniã ad extremam partem libyæ. Dionyſius.
Ad ſummam libyen habitant attegias undas/
Alcidę qua ſunt ſtatuæ mauruſia plebes.
Hæc ille: uidẽs utiq; meliora/deteriora ſequens: uolebamq; ſane iſta credere! ſed rumor uera negat eſſe. Dionyſiũ uero citat auctorem: Domitius: ꝗ ſi unq̃ uocabuli iſtius mẽtionẽ feciſſe ullã reperiet! cedã: tollãq; manũ iam tũ: meq; omniũ haberi uaniſſimũ nõ recuſabo. Sed ut omni remota ueſſica: rẽ putemus ipſam! nõ ſunt Dionyſi uerſus hi/nõ ſunt. Verum Priſciani potius/quo libello/ Dionyſiũ poetã de gręco interpretatur. Corrũpit eos autẽ Domitius/atq; deprauat. Nã quod apud Priſcianum fuit/ ad tethyos undas/priore inducta/ĩterpolataq; ſcriptura/ ꝓ eo ſuppoſuit attegias undas/neutiq̃ ut arbitror facturus/ ſi rationẽ carminis/ aut ſi ſpatia moraſq; ſyllabarũ cõſuluiſſet/cũ uocabulũ/quod eſt attegias/antepenultima porrecta ſyllaba/ cõtra ipſius quẽ interpretatur teſtimoniũ: Tũ poſtrema breui/cõtra omniũ poſuerit auctoritatem. Bene quod extat Dionyſius: cuius eſſe græcos illius argumenti/hos puto uerſus.
ἀλλήτοι ϖυμάτηνμὲν ἐϖί γλωχῖνα νέμονται
ἀγχοῦ στηλάων μαυρουσίδοσ ἔθνεα γαίησ.

Licet autẽ euoluas iam totũ: uidebis ne minimã q̄dẽ ſuſpicionẽ
ſubeſſe attegiarum: apud Dionyſium: uidebis aliũ citari ꝓ alio:
expũgi uerã ſcripturam: ſupponi falſam: rationẽ ſyllabarum, uel
carminis, haberi nullã. Et dubitabit aliq̄s ab ipſo iam liberrime
diſſentire, & refutare has nugas: uel ſi pręiudicata pridem de ho
minis ĩgenio, doctrinaq; opinio: cauſam faciat inuidioſiorem?
Ceterũ Attegias ipſi uel tabernacula, uel umbracula, uel (ſi hoc
magis placet) mapalia ĩtelligimus: qualia Mauri colunt: qui nu
midę a romanis: ut hiſtoriæ ſcriptor Herodianus, eſt auctor. Vo
cabulũ id Rufinus uſurpat ĩ libro Ioſepi, de bello iudaico ſepti
mo. Cũ ad feſtũ inq̄t diẽ ueniſſet: quo Attegias ĩ honorẽ dei, cõ
poni ab hominibus mos ẽ. Nã quod latine Rufinus cõponi atte
gias ait, id ipſe auctor Ioſepus σκηνοποιεῖσθαι dixerat gręce.

## Caput x.

De Baptis, & cotytto: deq; cotyttiis: tũ apud Iuuenalem, & Ho
ratium recta indicata lectio, enarratioq;.

c Ecropiam ſoliti Baptæ laſſare cocyton. Hunc Iuuenalis
uerſum Domitius expoſiturus: erraticis (ut ita dixe
rim) ſuſpicionibus, fibulam laxans: ineptias halluci
natur, & nugas meras, Baptas eſſe inquiens Cereris ſa
cerdotes: Cocyton Cererem: nec arbitror hoc unquam dixiſſet: ſi
quod ĩ homine non pudoris dixerim: ſed ſenſus omnino, ueſti
gium fuiſſet: Nos enim tunc demum credituri: cum quiſpiã pro
feretur, quo ſatis certo auctore ſtetur. Sed eſt hoc familiare huic
(agam enim iam liberius) ut cum nihil explicare poſſit: implicet:
& quidquid obuium ſit arripiat, eoq; feratur diffidente conſcien
tia, quo denique ipſum impetus errabundæ opinionis impellit.
Nos antiquam comoediam poetę Eupolidis, ĩnui ſuſpicamur:
quod ueterum excellens auctoritas perſuaſit: Etenim de ea, ſic
Platonius græcus auctor: ubi de comoediarum differẽtiis agit.

ἴσμεν γοῦν τόν εὔπολιν ἐπὶ τῷ διδάξαι τούς βάπτας ἀποπνι
γέντα εἰς τήν θάλατταν ὑπ᾽ ἐκείνων εἰς οὓς καθῆκε τούς βάπτας
Scimus inqt Eupolin quoniam Baptas fabulam docuerit: ab iis ipſis in mare ſūmerſum: contra quos Baptas emiſerat. Lucianus quoq; ī ea oratione: quæ inſcribitur ad ineruditū/ multos emptitantē libros: ī hanc ferme ſentētiam: Dic mihi inqt etiā ne Aeſchinis orationē aduerſus Timarchū legis? an uero illa omnia ſcis: & noſti ſingula? Ariſtophanē uero/ & Eupolin/ ſubiſti? Baptas integram fabulā pellegiſti? Tū nihil ex his pertinere ad te putaſti? neq; ea cū agnoſceres erubuiſti? Sed & Hepheſtion/ ī enchiridio de acatalectis agens: duo citat uerſiculos ex Eupolidis Baptis. Et Suidas/ unū ex eiſdē in uocabulo/ quod eſt Atrypheros. Iam primū igiť cōſtare opinor/ Baptas comędiā fuiſſe: ueterē & mordacem/ poetæ Eupolidis. Quod autē comoediæ argumētū: quę materia? ꝑ ipſa/ quæ nunc extant ueſtigia/ ſagaciter indagabitur. Athenieſes igiť ea tempeſtate/ ſacra quædam religioneſq; peregrinas/ nouoſq; deos aſciuerant: quibus nocturnæ puigilationes/ eſſēt īſtitutæ: magnorū dein flagitiorū cauſa/ ſicuti romę bacchanalia. Sed inter ſacra cetera/ fuere etiam quæ dicerentur/ cotyttia. Cōtra hęc nocturna cotyttia ſcripſiſſe Eupolin Baptas putamus? ſed & alios comicos: interq; eos Ariſtophanem quoq; uidemus/ totum hoc genus peruigiliorum/ & peregrinitatis exagitaſſe. Sicut Iuuenalis/ quæ romæ fierent contra ritum cerimoniarum/ non diſſimilia dicat iis: quæ Baptæ athenis in nocturnis cotyttiis patrarent. Cicero in legibus ſic ait. Quid autem mihi diſpliceat in nocturnis/ poetę indicant comici: qua licentia romę data: qd nā egiſſet ille: qui in ſacrificium cogitatam libidinem intulit: quo neque impudentiam quidem oculorum adici fas fuit? Et mox idem. Atq; omnia nocturna/ (ne nos duriores forte uideamur) in media græcia Diagondas Thebanus lege perpetua ſuſtulit: Nouos uero deos/ & in his colēdis/ nocturnas peruigilationes/ Sic Ariſtophanes faceriſſimuſ poeta ueteris comoedię/ uexat? ut

apud eum Sabadius: & quidã alii di peregrini/ iudicati e ciuita
te eiciant̃. Apparet utiq; de Ciceronis teſtimonio/cũ Ariſtopha
nem/tũ comicos alios ueteres/cõtra nouos deos/ cõtraq; noctur
nas puigilationes/aciem ſtili deſtrinxiſſe. Cum uero ex ſuperio
ribus liqueat/Baptas fuiſſe comędiam/qua turpia & obſcena car
perent̃/atq; hic de Baptis/ deq; nocturnis atheniẽſium ſacris mẽ
tio: quæ nos Cotyttia fuiſſe appellata declarabimus/qs nõ intel
ligat iam/ Baptas fuiſſe deniq;/qua potiſſimũ fabula/ talia uexa
rent̃? Strabo autẽ ĩ libro de geographia decimo: Cotyttia bendĩ
diaq; ſacra fuiſſe apud Thracas narrat: ex qbus orphica ſumpſe
rint originẽ: deãq; nominat Coryn: cuius faciat Aeſchylus men
tionem: tum idẽ paulo poſt athenienſes ait/multa ex peregrinis
ſacris accepiſſe ὥστε καὶ ἐκωμῳδήθησαν inquit. Sed & inter ce
tera/quæ peregrina ab iis recepta ſacra cõmemorat: prima enume
rat thracenſia: quæ ſupra oſtẽdimus: cotyttia bendidiaq; appęlla
ri. Liquet igit̃ cotyttia/ ab atheniẽſibus ſacra externa coli ſolita:
liquet etiã uexata a comicis: cõiectura autẽ ducimur/ ut cum de
Baptis/hic mẽtio/ quã ſcimus fuiſſe Eupolidis comędiã: deq; ſa
cris atheniẽſium nocturnis/ ĩ ea potiſſimũ id genus ſacra exagi
tarent̃. Ceterũ deam/quæ talibus præeſſet ritibus/puigiliiſq;/Co
rytto uocatã putamus: a qua etiã recta ratione cotyttiorum eſt ĩ
clinata appellatio: quæ quoniã dea/comędiis ueteribus defama
tiſſima: ideo Syneſius in epiſtola quadam/ cuius principium eſt
ὁ καὶ τοὔνομα δοῦλος καὶ τὴν προαίρεσιν adhũc plane modũ
narrat ἑρμῇ μὲν καὶ ἡρακλεῖ τοῖς παλαίστρας ἐφόροις, οὐδὲ
κατὰ μικρὸν πρέπει κοτυττοῖ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀττικοῖς
κονισάλοις νεωκορεῖ Quibus uerbis ſignificat̃/eũ de quo in epĩ
ſtola agat: non Mercurio congruere/non herculi paleſtræ pręſidĩ
bus/ Sed eſſe cotyttus ędirimũ: ceterorũq; apud atticos deſpica
tiſſimorum. Quare cotytto legẽdũ nõ cocyton: præſertim cũ ſyl
labę repugnet quãtitas: quæ ne tum qdem breuis/cũ.c.alterum
ſubtraxeris: ut Domitius pręſcribit/inſcite ille qdem nimis (ſit

uero uenia) nimis inq̄ inſcite/negligenterq;: qui non cogitauerit primā nominis ſyllabam: nō poſitu modo/cui dūtaxat occurrit: ſed natura quoq; productā. Quidam tamē hanc deā/ Cotyn ma luere/q̄ Cotytto: ſicuti Strabo ſupra: ſicuti alibi Syneſius idē his uerbis. θαρρῶν ἀποφαίνου τόν ἄνδρα ἡμίγυνον αὐτόχρημα θιασώτην τησ κότυοσ. Audacter inqt pronuntia uirū eum ſemi marem ſtatim/ſodalēq; Cotys: quem exponēs locum Suidas Co tyn deā coli ait turpium pręſidem. Vnde inqt ſunt Cliſthenę/& Timarchi/ & qcunq; lucri gratia formā colunt/ad infandam libi dinem/ſicut effeminati/& capillū fingentes uniuerſi. Sed & alibi credo īuenient: quibus hæc adiuuent uiri docti: ſi doctrinæ ſtu dium adhibuerint: Quin apud Horatiū quoq; ī epodis/ ita legē dum exiſtimamus:

Inultus ut tu riſeris Cotyttia:

non ut pleriq; codices Cocytia: Et ī uetuſtiſſimo libro: q ſit Geor gi Antoni ueſpuccii florentini/græce latineq; docti hominis/uo cabulū id antepenultima ſyllaba. t. retinet/nō. c. ueſtigium arbi tror unum adhuc integrum/ueræ/integræq; lectionis.

## Caput xi.

Sententia de Claudiano expoſita: relatu pręq̄ lepidę fabellę: Tū fabella altera/nō īſuauior e gręco itidē uerſa/ſup Venere & roſa.

C Laudianus ī libro de raptu Proſerpinæ ſecundo/ de Vene re dea/roſas purpureas colligēte loquēs/ita inqt.

Sic fata cruoris Carpit ſigna ſui.

Locus ſane uideri obſcurus poterat/niſi apud Aphthoniū/ī pro gymnaſmatis rhetoricis/expoſita fabella/ ſic ꝑpemodū. Qui ro ſæ pulchritudinē demiratur/plagam Veneris cōſideret. Amabat Adonin dea: Mars ipſam. Quodq; dea foret Adonidi: Veneri Mars erat. Deus deā adamabat: deaq; hominē ſequebatr̄. Par cu pido: tam et ſi genus diſpar. Perimere Adonin Mars zelotypus

tendebat: finem putans amoris Adonidis necem. Ferit Adonin Mars. Accurrit auxilio Venus: feſtinãs in roſas incidit: ac ſe ſpinis implicuit. Ita pedẽ perforat̃: qui uulnere manarat cruor/de ſe roſam colorauit. Sic roſa/quæ prius candida: quod nũc cernitur/ facta. Attigimus ipſi quoq; fabellam hanc in Ruſtico noſtra uerſiculo illo.

Idalio pudibunda ſinum/roſa ſanguine tinguit.

Sed & uniuerſam pulcherrime numeris uernaculis cõplexus/Mecenas hic æui noſtri Laurentius Medices: ut in omni uirtute: ſic etiã ĩ poetica eminẽtiſſimus. Nõnus aũt poeta mirificus libro primo & quadrageſimo Dionyſiacõ Martẽ ipſũ/cũ ab eo fuerit Adonis occiſus ĩ aprũ ſemet uertiſſe fabulatur ita de Venere ſcribẽs. μούνην δὲ συῶν οὐκ ἤθελε λεύσσειν τερπωλὴν ἀτεμάντισ. ἐπεὶ συὸσ εἰκόνι μορφῆσ ἄρησ καρχαρόδων θανάτηφόρον ἰόν ἰάλλων ζηλομανήσ ἤμελλεν ἀδώνιδι πότμον ὑφαίνειν. Negat his uerſibus Nõnus delectatã fuiſſe apris Venerẽ: quoniã fore cognouerat/ut apri figurã indueret/aliquãdo Mars: ac pre zelotypia necaret Adonin. Roſam uero eſſe alioqui gratam Veneri/nec ille tacet lepidiſſimus/epigrãmatũ uates

I felix roſa (inq̃ens) mollibuſq; ſertis.
Noſtri cinge comas Apollinaris/
Quas tu nectere candidas! Sed olim
Sic te ſemper amet Venus memento.

Sed & Vergilius ĩ elegidio quodã ſuo (cur aũt nõ ſuũ credamus quod omniũ ſit elegãtiſſimũ?) ſic ait.

Sideris & floris eſt domina una Venus.

Ceterũ Libanius ille quoq; ſophiſta græcus: nec ulli articiſtarum ſecũdus/ita quodã uelut angulo/ſup argumẽto iſto/ de roſa Veneris luſitat. Quo inq̃t tẽpore/ iudicẽ deabus paſtorẽ/fabula dedit/male habebat Iunonẽ: male Mineruã quoq;/ ceſtus ille Veneris/ĩ quo amabilitas/ ĩ quo etiã Cupido ẽ. Ita uẽturas prius ĩ certamen negabãt/q̃ ubi a ſe Venus medicamẽtũ foret amolita. Sic

enim cingulum illud appellabāt. Atqui ne uos quidem/ Venus aiebat: lęnociniis uacuæ. Tu diadema aureū crinibus: tu galeā ſimiliter aureā/ geris uertice. Sed. n. fucos iſtos habere ꝑ me uobis liceat. Liceat modo ꝑ uos ornatū cōptūq; mihi alium aſciſcere cinguli uice. Sic morē deabus gerēs/ ire ad Scamādrum ꝑgit/ lectura flores: qua ſe pratum ſub ripa explicabat herbidū. Simul aquulæ ipſę blādę/ ꝑſpicuęq; ſuberāt: & ad lauandū illices. Lota ibi dea! ſtatim (qua cauſa uenerat) ornatū quęrebat ſibi. Tū neſcio q mire ſuauis/ aſpirare odor uiſus. Iā lilia/ iam uiolas/ legerat dea: cū tamē odor ille magis iterum/ magiſq; blādiebaī. Pergit aurę flagrātis ueſtigia ſubſeq. Videt roſam/ uiſāq; naribus admouet: & eſſe hāc ſuaueolētiæ illius matrē cognoſcit. Ibi flores aſpernata ceteros/ abicit humi. Tātūq; roſis coronata/ recępit ſe ad Idā denuo. Nec aurē plus Veneri flos/ q̄ flori Venus/ cōciliare gratiam uiſa. Adeoq; cōfeſtim Iuno/ Mineruaq; uictæ: ut ne ipſæ qdē paſtoris expectarint calculū. Sed adcurrētes utraq; ſertū crinibus detraxerint: florēq; deoſculatæ ipſum/ rurſū Veneris capiti repoſuerint. Hactenus de roſa Libanius: cuius tamē linguæ/ gręcanicis pictę coloribus/ nitidiſſimū tectorium! neſcio an ad unguem noſtra iſta tumultuaria latinitas reprēſentauerit.

## Caput xii.

Quomodo inuenta purpura: ſimul explicatus Nonni locus: græci poetæ.

q Vo pacto inuenta ſit purpura/ nō alienū fuerit hic referre: uel ut gręci poetæ Nonni locus intelligaī: uel ut fabella/ prę̄q̄ lepida/ latinis ītacta/ noſcaī. Eſt aūt apud Pollucē libro de uerbis idoneis ad Cōmodū primo ī hāc ſentētiā. Tyrii ferūt/ iqt/ captū amore Herculē: Nymphæ cuiuſdā indigenæ: cui nomē Tyro: ſequebaīq; eum/ inqunt/ Canis antiquo more: quo dominum Canes uſq; etiam ad contionem comitabātur. Quare Canis hic

Herculeus/irreptantem ſcopulis! purpuram conſpicatus! pereſa carūcula/ ſua ſibi labra/cruore puniceo infecit. Cū igiẽ ad puellā Hercules adiiſſet! delectata illa inſueta tinctura: quā ceu florentē ī eius canis labris aſpexiſſet: affirmauit/ſibi cū illo poſthac nihil fore: niſi ad ſe ueſtē afferret/etiā Canis illius labris ſplendidiorē. Quo circa inuēta Hercules animāte/collectoq; ſanguine: munus puellę detulit: primus (ut Tyrii dictitāt) auctor puniceæ infectu ræ. Nos igiẽ in Ruſtico noſtra/propter hoc ipſum deniq; cōcham diximus Herculeā/cū purpurā ſignificaremus. Porro aūt Nonni poetę uerſiculi ſuper hac ipſa fabula/ſic in libro quadrageſimo Dionyſiacon inueniuntur.

και τυρίησ σκοπίαζε λελευμένα φάρεα κόχλω
πορφυρέουσ σπινθηρασ ἀκοντίζοντα θαλάσσησ
ηχι κύων αλιεργοσ ἐπαὶγιαλοισιν ἐρέπτων
ἐνδόμυχον χαροποισι γενειάσιθέσκελον ἰχθυν
χιονέασ πόρφυρε παρηίδασ ἔνδοθι κόχλου
χέιλεα φοινίξασ διερῶ πυρι / τωποτε μούνω
φαιδροσ αλιχλάινων ἐρυθαίνετο φαρόσ ἀνάκτων.

Caput xiii.

Salutis augurium quod ſit/apud Suetonium.

ſ Vetonius Trāquillus ī Auguſto ſic ait. Nōnulla etiā ex antiqs cerimoniis paulatim abolita reſtituit/ut ſalutis/auguriū & cetera. Quod aūt foret ſalutis auguriū/uideo etiā a doctis aliquot ignorari. Nos eā rem libro ſeptimo/ trigeſimoq; Dionis hiſtoriarū/ad hāc ſententiam repperimus. Tum uero etiā ſalutis auguriū/quod appellāt! lōgo interuallo fecerūt. Eſt aūt modus augurii qſpiā: ut ſi deus pmittat/ſalutē populo poſcāt: quaſi ne ſalutē qdē a dis petere fas! ni prius hoc ipſū di cōceſſerint. Obſeruabaẽ aūt dies una/quot ānis/ in qua nullus ad bellū proficiſceretur exercituſ: nemo ſe cōtra pararet: nemo pugnaret. Quo circa

in aſſiduis periculis: maximeq; ciuilibus/neutiq̄ fiebat. Nā & arduum īprimis/purā rebus his omnibus/diem ſeruare: & perq̄ abſurdū uideri poterat/ultro ſeditionibus detrimēta ſibi ipſos īcredibilia conciliare: cū & uictis/ea res futura eſſet: & itē uictoribus pernitioſa. Mox autē ſalutē a dis īmortalibus petere. Ceterum/tum fieri qdē augurīū eiuſmodi potuit/ Sed ne id qdē purū proceſſit: quoniā aduerſæ quæpiā aues deuolarunt/ unde augurium captū/aliaq; item ſigna inauſpicata apparuerūt. Idēq; etiam libro qnquageſimo ſcribit/ ab Auguſto/pace/ terra/ mariq; parta Ianū cluſum: neq; non Salutis augurium factū: quod ante/multis cauſis/fuerat omiſſum.

## Caput xiiii.

Naulia quę ſint in Ouidi artibus: atq; inibi de barbaris organorum appellationibus: quibus gręci noſtriq; utantur: quodq; etiā Chaldęi gręca iterim noſtraq; id genus uocabula nō aſpernāt̃.

Diſce etiam duplici genialia naulia palma
Vertere: conueniunt dulcibus illa modis.

n Aulia dimminutiuū puto/ſiue nablia ab illis/ quę uel naula/ uel nabla dicimus. Eteni. b. litteras & u. ferme ꝑ eiſdē poſitas inuicē ſępe ueteribus monimētis adnotauimus. Suidas etiā nabla organi ſpecies ait: & idem alio loco Pſalteriū īquit organum eſt muſicū: quod naula etiā uocat̃: Quin & Sophoclis/uerſum Plutarchus adducit.

ὀυ ναῦλα κωκύτοῖσιν ὀυ λύρα φίλα

libro eo quē ſuper. ει. delphico fecit/ Sed & Theodoritus in pſalmos de eo meminit/ & Plutarchus ī libris Sympoſiacis: Ex quo nos in Nutrice.

Non quæ duplici geniale reſultant
Naula citata manu.

Sūt aūt multa organorum barbara nomina: ſicuti Strabo narrat

libro decimo:īter quæ Nabla quoq; enumeranť:hoc eſt pſalteria.
Sed & illud obſeruaui nuꝑ/apud Danielē ꝓphetā:ducēte me ſcili
cet ī receſſus illos & ſacra ſtudiorū ſuorū penetralia Ioanne Pico
Mirādula:gręca etiā quę uideanť/latinaq; adeo iſtiuſmodi orga
norū nomina/quāq̄ paulo corruptius a Chaldęis quoq; auctori
bus uſurpari:ut carna pro cornu: cathros ꝓ cithara: ſabecca pro
ſambuca:pſanterin ꝓ pſalterio: ſamphonia ꝓ ſymphonia. Quin
Gallus Salomō/ordinarius apud hebręos enarrator ſacrarū litte
rarum:Neuel ait eſſe hebraice: quod ibi pſanterin ideſt pſalteriū
legať. Cōſtat aūt litteris id nomē tribus נבל ex quo etiā Nauel
in Eſaia legiť:& Amos:& græca dein figura Naulon: a quo dimi
nutū ſit Naulion hoc Ouidianū. Siqdē nouiciæ iſtæ ſunt notæ:
quibus hebręi nūc ꝓ uocalibus utunť:ut idem & cōperit:& oſtē
dit Ioannes Picus Mirādula meus: unus omniū ꝓrſus ab omni
parte beatiſſimus ī opere ſingulari:atq; admirādo:quo pſalmos
a ſeptuaginta uerſos:iſto notarum præcipue argumēto:docet he
braicę ueritati reſpōdere: Ne iam īſultare iudęus aut obicere poſ
ſit:ea nos ī templo ſingulis canere horis: quæ ne ipſi quidem ſa
tis uerſa fideliter exiſtimemus. Deniq; genialia cur dixerit Oui
dius/facile noris uerba ipſa legens/de Scipionis Africani Aemi
liani oratione/contra legē iudiciariā Corneli Gracci: quæ poſita
ſunt ī Macrobi ſaturnalibus:eorūq; principiū ſic eſt. Docenť præ
ſtigias inhoneſtas:cū cinędulis & ſambuca pſalterioq;:eunt ī lu
dum hiſtrionū:diſcūt cantare quæ maiores noſtri/ igenuis ꝓbro
ducier uoluerūt.Eunt inq̄ in ludū ſaltatoriū inter cinędos/uirgi
nes/ puerīq; īgenui.Sic Scipio. Tū Ambroſius quoq; libro ipſo/
de utilitate ieiunii tertio/pſalteria docet/adhiberi cōuiuiis: ut li
bidines incitenť.Sed.n.in comoediis quoq; crebra pſaltriarū mē
tio. Porro uocabulū ipſum hebraicū eſt: nā gręce pſalteriū diciť:
latine laudatorium.Sicuti diuus Hieronymus ait in epiſtola ad
Dardanum:docens ī clypei modū quadrati eſſe formatum:chor
darum decem. quāq̄ romanus Emanuel hebraico commentario

in pſalmos utriculariam putet eſſe fiſtulam/Neuel: uidelicet Etymon ſequutus/ quod ab utre deduci uocabulum illud apud hebręos uideatur.

## Caput xv.

Qui fuerit auctor Sybaritidos de quo Ouidius: deq; Sybariticis libellis apud Martialem: luxuq; item cetero Sybaritarum.

o Vidius in epiſtola ad Auguſtum libro triſtium ſecũdo: ſic inquit.

Nec qui compoſuit nuper Sybaritida fugit.

Quærit̃ inter litterarũ ſtudioſos: q nã ſit is/q Sybaritida compoſuerit: quod ue ipſius operis fuerit argumẽtũ. Nos utrũq; apud Lucianum depræhendiſſe uidemur/in oratione: quæ eſt ad ineruditum/q multos emptitaret libros. In ea ſcriptũ eſt/ad hanc fere ſententiam. Dic mihi hoc quoq; inquit. Si Baſſus ille ſophiſta ueſter/aut tibicen Battalus/ aut cinędus Hemitheon Sybarita: qui uobis mirificas conſcripſit leges: quo pacto inſanire oporteat: & uelli/& pati/ac facere illa! ſi horum quiſpiam nũc/ leonis pellem circumdatus/clauamq; tenens/incedat! quid/eum ne putes Herculem ſpectantibus uiſum iri? Sed & Philo hebręus in uita ipſa Moſe/Comoedias inquit/& ſybariticas nequitias componẽtes. Martialis quoq; in libro duodecimo epigrammaton de ſybariticis libellis ita.

Qui certant ſybariticis libellis/
Muſſeti pathicisſimos libellos/
Et tinctas ſale pruriente chartas
Inſtanti lege Rufe/ſed puella
Sit tecum tua: ne Talaſſionem
Indicas manibus libidinoſis.
Et fias ſine femina maritus.

Hemitheon igit̃ fuiſſe uidet̃/ nõ ut Domitius ariolatur Sybaris/

a quo uel Sybaritis uel libelli Sybaritici oſceniſſimo ſint argumē
to cōpoſiti. Notabiles aūt ſunt ĩprimis luxu/ & deliciis Sybaritę:
ſic ut præcipuos oīum colerēt Ionas/ atq; Tyrrhenos: quoniā al
teri gręcorū/ alteri barbarorū luxurioſiſſimi. Ab his etiā fabulę Sy
baritice/ quales ferme apud Aeſopū: Et ꝓuerbium deductū Syba
rites ꝑ plateā/ contra faſtoſius ingrediētes. Atq; hæc qdē de Syba
ritis/ aliaq; nō diſſimilia/ Suidas. Plutarchus aūt in cōuiuio ſeptē
ſapientū/ morē fuiſſe ſcribit Sybaritis mulieres/ ab uſq; āno priore
ad cōuiuia uocādi/ ut ueſte/ auroq; moliri/ exornareq; ꝑ otiū ſe poſ
ſent. Sed/ & Maximuſ Tyrius ĩ diſſertatione tertia de uoluptate/
primos enumerat Sybaritas/ ĩter eos populos/ quos uult molliſ
ſimos/ delicioſiſſimoſq; uideri: neq; non Sybariticas etiā ſaltatio
nes cōmemorat. Quin idē ĩ diſſertatione alia: cui titulus. Quę fi
nis ſit philoſophiæ: fere ĩ hāc ſentētiā. Crotoniates inqt oleaſtrū
adamat. Spartiates/ armaturā: uenationes Cretenſis/ luxū Sybari
tes. Ion choros. Hinc ergo Iuuenalis.

Nullum crimen abeſt/ facinuſq; libidinis: ex quo
Paupertas romana perit: hinc fluxit ad Iſtros/
Et Sybaris colles.

Aſtipulatur & Strabo: qui Sybaritas/ omni ſua felicitate/ propter
delicias/ luxumq;/ ſeptuaginta ſolis diebus/ fuiſſe narrat a Croto
niatibus exturbatos/ quin dictū quoq; Plutarchus Sybaritę po
nit in Pelopide/ negantis mirum facere Spartiatas/ qui ſe ĩ bellis
morti obicerēt: ut tantos labores/ uictumq; illum/ quo utebanẗ
effugerent. Ariſtoteles autem moralium Eudemiorum primo:
Smyndiriden quoq; Sybaritam/ comparem Sardanapallo: inter
uoluptuarios nominauit. Illud urbanum ſane/ quod Africanus
tradit in Ceſtis: ſic enim græce liber ipſius de re militari iſcribiẗ.
Etenĩ Sybaritas eo deliciarū ueniſſe narrat/ ut equos ĩ cōuiuia in
troducerēt: ita inſtitutos/ ut audito tibię cātu/ ſtatim ſe tollerent
arrectos: & pedibus ipſis prioribus uice manuū geſtus quoſdam
chironomiæ: motuſq; ederēt ad numerū ſaltatorios. At.n. tibicen

inquit ibi quiſpiã contumelia affectus/trãſfugit ad Crotoniatas
hoſtes: pauloante pręlio ſuperatos a Sybaritis: & quod e Rep.
foret illorũ/pollicet̃ (ſi fidẽ modo habeãt) ſua opera Sybaritarũ
cunctos eqtes in ipſorũ uenturos poteſtatẽ. Credita res: & belli
dux creatus a Crotoniatibus tibicen/cõuocat omnis quotquot
eiuſdẽ forent ĩ urbe artificii: modulamẽtumq; iis indicat/atq; ut
uiſum tẽpus/ꝓcedere ĩ hoſtẽ iubet. Sedeni Sybaritæ faſtu prętur
gidi/quod eqtatu ſuperabãt/eunt cõtra: pręliumq; cõſerunt. Hic
autẽ repẽte dato ſigno tibicines uniuerſi cõſpirant. Ecce tibi igit̃
confeſtim modulamine agnito: cãtuq; illo uernaculo: tollunt: eri
guntq; ſemet ĩ pedes equi Sybaritæ: ſeſſoribus excuſſis: & quod
tripudiũ domi didicerant/etiã in acie exhibent. Ita capti omnes
equites/ſed humi iacẽtes; omnes equi/ſed tripudia repræſentan
tes. Tantum de Sybaritis Africanus.

Caput xvi.

De Ariſtidę mileſiacis de quo ſit apud Ouidium: deq; mileſiorũ
deliciis.

O Vidius idem/in eadem ad Auguſtum/epiſtola ſic ait.

Vertit Ariſtiden Giſena/nec obfuit illi
Hiſtoriæ turpes inſeruiſſe iocos.

Qui ſit hic Ariſtides: qua ue libros materia fecerit/magna hęſita
tio: nos autem ſtudioſam iuuẽtutem/ ad auctorem Plutarchum
delegamus: cuius in. M. Craſſi uita/ſub hoc ꝓpemodũ intellectu
uerba ſunt. Collecto igit̃ Seleucẽſium ſenatui/libros Ariſtidę mi
leſiacon perq̃ impudicos oſtentauit: nihil in eo mentitus: ſiqui
dem re uera fuerant inter Ruſti ſarcinas reperti. Quod & Surenę
præbuit/occaſionem/probri/cauilliq; aduerſus romanos: cum ne
inter bella quidem cõtinere ſemet a rebus/litteriſq; huiuſcemodi
ualerent. Ita Plutarchus. Eſt autẽ Surenas apud perſas magiſtra
tus nomen/quaſi prętorem dixeris: quod & Zoſimus oſtendit.

Atq; hunc quidem Plutarchi locū tranſcriptum plane ſicuti alia pleraq;/ ĩ Appiani quoq; hiſtoria deprẹhẽdes. Lucianus item in amoribus: ſub hoc pene ſenſu/ de Ariſtide. Magnope inquit me narratiuncularū tuarū/ perq̃ impudicarū lepida/ & dulcis ſuadela lactauit/ ut ꝑpemodū te eſſe Ariſtiden: meq; ſermonibus crederẽ mileſiacis demulceri. Quo circa etiam Apuleius epigrāma ipſum ſtatim/ quod ĩ fronte aſini ſui collocauit/ ita exordiť. At ego tibi ſermone iſto mileſio/ uarias fabellas cõſerã/ aureſq; tuas beniuo las/ lepido ſuſurro ꝑmulceam. Ex quo Marcianus: Nã certe inqt mythos: poeticẹ etiam diuerſitatis delicias mileſias: & reliqua. Fuere autẽ Mileſii quoq;: deliciis/ luxuq; notabiles: ex eoq; pro uerbiū grẹce fertur. ὄικοι τα μιλήσια μηγαρ ἐνθάδε. Hoc eſt: do mi: nõ hic! mileſia: uidelicet ĩ eos q domeſticū luxum celebrant: ubi minus ꝓbatur. Nã ſic lacedẹmone Mileſius hoſpes/ audiuit: cū delicias patrias extolleret: ſicuti etiã ſcriptū in Apoſtoli Byzã tii prouerbiorū collectaneis. Sed & maximus Tyrius idẽ ſignifi cat: qui Mileſios/ a ueſtitu molliore uocat ἐυειμονοτάτουσ. Ex quo apud Vergilium in Georgicis

Mileſia uellera nymphæ Carpebant.

Ex quo illud item Horatianum.

Alter mileti textam cane peius: & angui
Vitabit chlamydem.

Sunt aūt omnino Iones quoq; ceteri/ prẹq̃ deliciis habiti defluẽ tes: quod ĩ ueteribus memoriis paſſim. Ceterum ne hoc quidem tacitū prẹteribimus: Veretro ſolitas uti Mileſiacas feminas/ e co rio/ ſicuti ſcriptum etiam apud auctorẽ Suidam. Quin itẽ apud eundem legimus a mileſio Cadmo libros compoſitos/ quattuor de ſoluendis amoribus.

## Caput xvii.

Correctus in tragoedia Senecẹ locus: atq; ex græca remotiore fa bula declaratus ſuper nemiẹo leone:

i N tragoedia Senecę: quæ Hercules furens inſcribitur: hic Senariolus legitur.

Sublimis alias luna concipiat feras.

Alias enim codex habet uetuſtus/ex publica Medicæ familiæ bĩ bliotheca/nõ altas/ut ĩ uulgariis exẽplaribus. Cuius ĩtellectũ lo ci/nõ temere aliunde/q̃ ex Achille deſũpſeris: quẽ auctorẽ Iulius quoq; firmicus ĩ Matheſeon libris/& citat: & laudat. Is igit̃ in cõ mentariis Arateis/cũ de luna uerba facit/ita ſcribit ad uerbum. εἶναι δὲ ἐπ' αὐτῆς οἴκησιν ἄλλην ποταμούς τε καὶ ὅσα ἐπὶ γῆς καὶ τὸν λέοντα τὸν νεμιαῖον ἐκεῖθεν πεσεῖν μυθολογοῦσιν. ideſt In ea etiã habitari/fluuioſq; eſſe/& cetera/ſicut ĩ terra. Quin nemięũ quoq; illinc cecidiſſe leonẽ fabulant̃. Ex quo nos ĩ Nutrice.

Nemięaq; teſqua

Lunigenam mentitam feram.

Caput xviii.

Quid ſit apud Iuuenalẽ fraterculus gigãtis: quidq; apud alios Terræ filius: ibidemq; de Mani uocabulo.

Vnde fit ut malim fraterculus eſſe gigantis

u Erſum poetę Iuuenalis hunc: ex ſatyra quarta/q̃cũq; hacte nus interpretati ſunt/ hęrent in ſalebra: quantum uideo: nec enarrare illi quidem mihi/ ſed riſum captare anilibus fabulamentis/ uel deriſum potius uidentur. Quippe alii gigan tas/ in ſimias conuerſos: alii poſt gigantas a Terra ſimiam pro ductam/ in deorum contemptum/ comminiſcuntur: frigidiora his alia/quæ ſicut ille Martialis rhetor/Neronianas thermas refrĩ gerarent. Etenim nullo quãtũ intelligam ſenſu/nullo(quod ſciã) dicunt̃ tradẽte has nugas auctore. Mihi fraterculus gigantis: ſĩ gnificare hominem uidetur/nullis maioribus ortum: ignoto ge nere/obſcuroq;. Quoniam cuius ignorabantur parentes: eũ uul go appellare ueteres/terræ filiũ cõſueuiſſent. Ex quo Perſius.

prȩſto eſt mihi Manius hȩres
Progenies terræ: quære ex me qs mihi quartus
Sit pater/ haud prompte dicam. tamẽ adde etiã unum/
Vnum etiam! terrȩ eſt iam filius.

Vides igit̃ uel unius auctoritate Perſi/ terræ filiũ dici cuius neſci
rentur parentes: nec adeo putes otioſe: Maniũ illic a Perſio no
minatũ. Vt. n. omittam quæ de Manio ſcribit Aricino Pedianus:
etiã Mani nomẽ ipſum græcus auctor Sozimus: Romanæ hiſto
riæ libro tertio: nõ quia natus mane: ſicuti ceteri! ſed a manibus
ait appellatum. Quin. M. Varronis liber cõpluries a Marcello ci
tatur Mani titulo/ etiã neſcio qd alicubi defunere attingẽs: ut fa
uere hũc quoq; augurer nobis. Cicero itẽ in primo epiſtolarũ uo
lumine ad Atticũ: Sed hæc ad te ſcribã alias ſubtilius: nã neq; ad
huc mihi ſatis nota ſunt/ & huic terræ filio/ neſcio cui cõmittere
epiſtolã tantis de rebus non audeo. Sed idem quoq; in epiſtola
ad Trebatiũ ſic ait. Cn. Octauius. an. Cn. Cornelius qdẽ tuus fa
miliaris: ſummo genere natus: terræ filius: quod in qbuſdã codi
cibus deprauatum/ proq; eo ſuppoſitum Zeræ filius: cum uerior
ſcriptura maneat adhuc i libro peruetere/ quondã doctiſſimi uiri
Philelphi/ nũc Laurẽti medicis: patroni litterarii: ſimulq; in libro
altero de uetere (ut apparet) exſcripto: q nũc i bibliotheca publi
ca Medicȩ familiȩ. Vides a Cicerone quoq;/ nihilo ſetius/ ignotũ
pſus hominẽ terræ appellari filiũ. Lactãtius etiã diuinarũ iſtitu
tionũ/ libro primo/ his utit̃ uerbis. Minutius felix i eo libro qui
Octauius iſcribit̃/ ſic argumẽtatus eſt. Saturnũ cũ fugatus eſſet
a filio: in italiãq; ueniſſet cȩli filiũ dictum/ quod ſoleamus eos/
quorũ uirtutem miremur/ ad quos repẽtine aduenerint de cȩlo
cecidiſſe dicere. Terrȩ autẽ quod ignotis parẽtibus natos terræ
filios nominemus: hactenus Lactãtius. Sed & Tertullianus in
apologetico de eodẽ Saturno ſic ſcribit. Dictus autẽ terræ & cȩli
filius/ qa ignoti/ uel ex inopinato apparẽtes de cȩlo ſupueniſſe
dicunt̃/ ut terrȩ filios uulgus uocat: quorũ genus incertum eſt.

Quare cum hoc præoptaret/homo eſſe obſcurus: q̃ nobilis Vm bricius/quod olim prodigio par erat ĩ nobilitate ſenectus/utpo te ſęuiẽtibus ĩ eam romanis prĩcipibus/malle ſe/ ait fraterculum gigantis: hoc eſt terrę filium: quod (ut oſtẽdimus) obſcurũ ſigni ficat/ q̃ nobilẽ patriciũq;. Gigantes .n. terra editi. Suauius autem fraterculum q̃ fratrẽ/ne uidereẽ/ uaſtitatẽ illam/ molẽq; gigantei corporis: ſed generis dũtaxat ignobilitatem concupiſcere.

## Caput xviiii.

Super aſpiratione citata quæpiam: ſimul enarratum Catulli nobi le epigramma.

q Vintilianus libro oratoriarũ inſtitutionũ primo: de aſpira tione agens/ita inqt. Parciſſime ea ueteres uſi etiã in uoca libus/cũ edos/ircoſq; dicebant: diu deinde ſeruatũ/ne cõſonanti bus aſpirarẽt/ut ĩ Graccis & ĩ triumpis: Erupit breui tempore ni mius uſus/ut chorone/chenturiones/ prechones adhuc qbuſdã inſcriptionibus maneãt: Qua de re Catulli nobile epigrãma eſt. Hæc ille. Putamus autẽ epigrãma citari hoc potiſſimum.

Chommoda dicebat/ſi quando commoda uellet
Dicere: & hinſidias Arrius inſidias
Et tum mirifice ſperabat/ſe eſſe loquutum/
Cum quantum poterat dixerat hinſidias:
Credo ſic mater/ſic liber auunculus eius
Sic maternus auus dixerat/atq; auia.
Hoc miſſo in ſyriam requierant omnibus aures
Audibant eadem hæc/leniter/& leuiter.
Nec ſibi poſt illa metuebant talia uerba.
Cum ſubito affertur nuntius horribilis
Ionios fluctus poſtq̃ illuc Arrius iſſet
Iam non ionios eſſe: ſed hionios.

Eſt uero obſeruãdum: ut etiã in pronũtiando/quẽadmodum in

ſcribendo/uocibus aſpires. Quod nũc greci/tantum in cõſonantibus: latini/ne in cõſonantibus qdẽ retinuerũt. Contra ueteres latini/etiã in loquendo uocalibus aſpirabant. Ex quo Cicero in oratore ad Brutũ ita ſcribit. Quin ego ipſe cũ ſcirem/ita maiores locutos eſſe: ut nuſq̃ niſi ĩ uocali aſpiratione uterenť/ loquebar ſic/ut pulcros: cetegos: triumpos: carthaginẽ dicerẽ. Aliquãdo/ idq; ſero cõuicio auriũ/cũ extorta mihi ueritas eſſet: uſum loquẽdi populo cõceſſi: ſcientiã mihi reſeruaui. Sic Cicero. Sed & aureolum uidi eqdẽ nup apud Laurẽtiũ Medicẽ nomiſma/cum titulo TRIVMPVS. Et item argenteum alterum/cum uulgatiore hoc. TRIVMPHVS. Quin. A. quoq; Gellius in ſecũdo noctiũ acticarum: teſtať ueteres. h. litterã/ſeu ſpiritũ/pleriſq; uocibus uerborũ firmãdis (ut ipſe inqt) roborãdiſq; inſeruiſſe/ut ſonus eorũ eſſet uiridior/uegetiorq;. Sed & Priſcianus ait: Aſpiratione uocalibus extrinſecus aſcribi: ut minimũ ſonet: cõſonantibus autẽ intrinſecus/ut plurimum. Quare ſi conſtare tibi Catulliani epigrãmatis leporem uoles/aſpirationem ipſam ſuo loco/quantũ poteris pronuntiabis. Sed iſta uideo iam ſic innotuiſſe/ut aliena fortaſſe cuipiam uideri poſſint: Atqui tamen pene adhuc equidẽ aduleſcẽs/ coram litteratis aliquot/quos & meminiſſe arbitror: de hoc ipſo loco ad Domitiũ florẽtiæ rettuli: qui ſic ei ſtatim applauſit: ut ingenue fatereť/ ſe plus eo die/ab uno ſcholaſtico didiciſſe/ q̃ multis ante annis a quopiã profeſſorum. Scit Aurelius ariminenſis: (ut alios omittam) qui nunc pataui degit/præſtãti iuuenis/& ingenio/& litteratura: q̃ multos ab hinc annos/iſtã de nobis enarrationem florentię tum quidem agitans acceperit/q̃q; ſit (ut idẽ poſtea pataui narrabat) noua prorſus/ignotaq; iã tum uiſa omnibus: ad quos de ea. Catullum aũt plane uniuerſum/ueronę (Scit hoc uir liberrimi ingenii Baccius Vgolinus) intra officinam quãpiã/ quo nos pluuia coegerat/uiris aliquot litteratis: pene cogẽtibus/enarrauimus: cũ quidem illic adeſſet: etiã Guarini propinquus: Ioannes Baptiſta (ni fallor nomine) ſimulq; Dãtes qdam

Aligherius:quintus ut aiebat/a Dante florẽtino poeta: neq; nõ duo/qui tum ueronę/ non indocti homines profitebantur. Magnaq; itidem ſcholaſticorum manus: ita pronis auribus/ noſtra illa qualiacunq;/accipientes:ut identidem:clamarent demiſſum celitus Angelum ſibi (ſic enim aiebant) qui poetam conterraneũ interpretaretur. Neq; ob id iſtorum tamẽ commemini/ quo inuẽta mea mihi deniq; uni/ nullo in participatum recepto tribui poſtulem/ (non enim ſic mihi arrogo ) ſed ne quis forſan alienis laboribus me:quaſi coruum/aut uulturem/relictis ab aquila cadaueribus putet ueſci.

## Caput xx.

Emendata apud Suetonium/& enarrata uox hæc Aſcopera.

u Itiati deprẽhẽdunẽ/ Suetoniani codices in Nerone. Nã ſic utiq; ĩ omnibus. Alterius collo:& ſcopa deligata: ſimulq; titulus. Ego quod potui:ſed tu culleum meruiſti. Nam neq; ſcopa:latine dicitur numero ſingulari:& ſi maxime dicatur:nihil tamen cõmercii ſcopis & culleo:Sed.n.ĩ uetuſtis exemplaribus/ueſtigium ut arbitror extat incolumis:ueręq; lectionis:hoc modo. Alterius collo Aſcopa deligata. Quare ſi litteram penultimam perſcripſeris Aſcopera fiet: quod & eſſe rectiſſimũ puto: ſiqdem eſt Aſcopera ſacculus pelliceus: compoſitumq; nomen: gręce eſt ex utre & ſacco: de quo uocabulo ita ſcribit Suidas. ἀσκοπήρα τομαρσίππιον ἤτοιτὸ σακκοπάθνιον. Marſippium ſignificare Suidas Aſcoperam docet: Hæc ergo fuit Aſcopera Neronianę ſtatuę collo deligata:cullei ſymbolum:quoniam matricida. Quod enim culleo parricidę inſuuntur:qui fit e corio bouis/eius cullei ueluti inſtar quoddam/repræſentauit:qui deligauit Aſcoperam. Iuuenalis de parricida & culleo ſic.

Et deducendum corio bouis in mare:cum quo
Clauditur aduerſis innoxia ſimia fatis.

Caput xxi.

Quid ſit aut Mineruał/aut Mineruale munus: ex eoq; ſententiæ Iuuenalis/& Varronis expoſitæ.

Quiſqs adhuc uno partã colit axe Mineruã:

h Oc ex decima Iuuenalis poetæ ſatyra/Domitius ita expo nit: ut eius ne utiq̃ uideatur peruidiſſe ĩtellectũ. Mineruã partam ideſt cuius ludis qnquatribus/ut poſſet certare adeptus eſt. Quo qd eſt abſurdius aut incõcinnius? an/queſo uno aſſe qſ piam aſſequatur! ut certare de eloquẽtia publice poſſit? Ceterum mineruale munus: quod & mineruał dicit̃/innuiſſe Iuuenalis uĩ deri poteſt: mercedulam magiſterii ſcilicet a ſcholaſticis dari ſoli tã/potiſſimũq; arbitror/ante qnquatria: p quos dies pueri uaca bãt: unde Horatius in extrema epiſtola.

Ac potius puer ut feſtis qnquatribus olim:

Exiguo/gratoq; fruaris tempore raptim.

Sicuti ſaturnalibus & kalendis: item mos habuit. Quare de qn quatribus agens ouidius in faſtis ita inqt.

Nec uos turba feri cenſu fraudata magiſtri.

Spernite diſcipulos attrahet illa nouos.

De Minerualí hoc munere/etiã diuus Hieronymus ita meminit: in epiſtolã ſcribens Pauli ad Epheſios: Quod etiam ĩ canonicis decretis inuenias: Legant inqt epiſcopi/atq; preſbyteri: q filios ſuos ſecularibus erudiunt litteris: & faciũt illos comoedias lege re: & mimorũ turpia ſcripta cantare: de eccleſiarũ ſumptibus for ſan eruditos/& quod ĩ corbonam pro peccato/uirgo: uel uidua: uel ſubſtantiã ſuam/totam effundens/ qlibet pauper obtulerat! hoc ĩ kalendarũ ſtrenam/ & ſaturnaliũ ſportulã/& Mineruale mu nus grãmaticus/& rhetor/ aut ĩ ſumptus domeſticos/ aut ĩ tẽplĩ ſtipes/aut ſordidũ cõuertit ĩ lucrũ. Quas autẽ ſaturnaliũ ſportu las/uocat Hieronymus! has nomine abſoluto/ ſaturnalicia Ter tullianus. Varro quoq; in tertio libro rerũ ruſticarũ/ſic de Miner

uali. Axius. Merula mi inqt/ recipe me diſcipulũ uillaticæ paſtionis. Ille. Qui ſimul ac ꝓmiſeris Minerual icipiã (inqt) ideſt cęnã. Ludit. n. Merula hic apud Varronẽ: quoniãq; Axius diſcipulũ ſe uelle recipi dixerat/ ipſe ſibi Minerual ꝓmitti poſtulat: quaſi magiſtro. Cęnam autẽ iocoſe Minerual appellauit. Quia magiſterii merces. Ne forte igit̃ poetæ ſenſus hic erit/ eũ quoq; q ſemel præceptori Minerual porrexerit: quod ꝑ aſſem deſignat̃: ideſt q paucis diebus rhetori/ aut grãmatico operã dederit: optare totis qnquatribus: quę feſta erãt Mineruæ ingeniorũ pręſidis/ non modicũ quippiã/ ſed eloqum & famã Demoſthenis: aut Ciceronis.

## Caput xxii.

Cuiuſmodi ſint uerſiculi: in quibus (ut ait Martialis)/ Echo gręcula recantet.

m Artialis i ſecũdo epigrãmaton/ de ſupinis/ qbuſdam ſupuacuiſq; carminibus agẽs: in quis multus labor: minima laus faciẽdis: hoc quoq; inter cetera ſcribit.

Nuſq̃ gręcula quod recantat Echo.

Domitius aũt gręculã accipit Echo/ uocẽ gręcã inſertam: quaſi ſe neget Martialis gręcis uſpiã uerbis uti: i ſuis epigrãmatis: quod cõtra depręhẽdit̃. Aut nos igitur cõiectura fallit: aut innuuntur uerſiculi qdã: ſic facti: ut i extremis/ reſpõſitationes ex ꝑſona ponantur Echus: ſentẽtiã explẽtes: & morẽ tuentes illius ultima regerẽdi. Quales etiã uernaculos ipſi quoſpiã fecimus/ q nũc a muſicis celebrant̃: Henrici modulaminibus cõmendati/ quoſq; etiã ab hinc annos ferme decẽ Petro Contareno Veneto patricio nõ inelegãtis ingenii uiro/ mire tũ deſiderãti/ nõnulliſq; aliis litterarũ ſtudioſis dedimus. Sed & extant gręci quoq;/ Gauradę cuiuſdam antiqui poetæ: quos & apponam.

ἀχὼ φίλα μοι. συγκατάινεσόν τι. τί.
ἐρῶ κορίσκασ. ἁ δ᾽ἐμ᾽ οὐ φιλεῖ. φιλεῖ.

πρᾶξαι ὁ καιρὸς καιρὸν οὐ φέρει. φέρει
τύ τοίνυν αὐτᾷ λέξον ὡς ἐρῶ. ἐρῶ
καὶ πίστιν αὐτᾷ κερμάτων τύ δος. τύ δος.
ἀχω. τί λοιπὸν ἤ πόθου τυχεῖν. τυχεῖν.

Caput xxiii.

Legendum apud Martialem Cum compare mulo/quod pleriq;
Cum compare Gibbo: ſimul explicata ratio ĩ eo/ſenſuſq; uerior.

m Artialis epigrammaton ſexto
·Non aliter ridetur Atlas cum compare Gibbo.

Sic.n.& uulgo legũt oẽs/& ꝑ rectiſſimo exponũt/qcũq; ſũt! ĩ cultu litterarũ celebriores. Nos cõtra ĩ codicibus pleriſq; ueteribus: minuſq; uacillantis auctoritatis: & fidei ſic inuenimus.
Non aliter ridetur Atlas/cum compare mulo.
Mulo inq̃ nõ Gibbo. ne ue ſurdis (quod aiũt) agar̃ teſtimoniis: ĩ hac ipſa gẽtis Medicę bibliotheca publica: codex habetur uetuſtiſſimus lãgobardis litteris: quẽ & Domitius/olim florẽtię pellegit! Sed & ueronę mihi pagellas quaſpiã/ antiqſſimi itẽ uoluminis: Bernardinus qdã adoleſcẽs/ut tũ uiſus eſt! haud illiberalis/ Domiti ꝓpinquus/cõmodauit: cũ qdẽ una eſſet mecum/Baccius Vgolinus: abſolutiſſimi uir ingenii: cãdidiſſimiq;: neq; nõ romę quoq; uolumẽ itẽ Martialis/lãgobardis characteribus oſtẽdit: legẽdũq; nobis ĩdulxit Bernardinus Valla: uir & carminũ ſtudio: & iuris ſcientia: & generis nobilitate: atq; opibus: prætereaq; humanitate/quapiã nõ uulgari celebrãdus. Quin florẽtię itẽ pręter hos/aliũ codicẽ/primę nobilitatis ciuis Pãdulfus nobis oricellarius ſemiueterẽ/dedit utendũ: in qs utiq; ſingulis/hanc quã dicimus ſcripturã reperias. Neq; aũt diffitear etiã illã ſupiorẽ in uno/ alteroq;/nõ plane nouo exẽplari/uidiſſe me: ſicuti in eo/quod romæ ĩ Palatina bibliotheca: medię antiqtatis: & itẽ in altero tũ q dẽ cũ legebamus Frãciſci Saxetti florẽtini negotiatoris: nũc autẽ

Taddęi Vgoleti parmẽſis: humani doctiq; uiri: q regi pannonũ Matthię regii prorſus animi pricipi/ libros/ornamẽtaq; alia florẽ tiæ nobis iſta prodentibus: ꝓcurabat. Nam ĩ eo quẽ mihi nuper doctus utraq; lingua uir Bernardus Michelottius ab neſcio quo ſibi puſino cõmodatũ/dedit ĩſpiciẽdũ! Gippo ſcriptũ corruptius adnotaui. Quare cũ ſupiorẽ illã/ueluti cõſtantẽ/ſolidãq; reperia mus ĩ melioribus ſcripturã! quęrẽdũ uideť: qd ſibi Atlas poſtu let/cũ cõpare mulo: qua ue cauſa pinde rideať: uti maurus elephã to uehẽs. Porro Atlãtẽ/de Iuuenalis uerbis/nanũ quẽdam/pumi lũ ue fuiſſe tẽporibus illis haud ignoratũ colligimus. Sic.n.iqt.

Nanum cuiuſdam Atlanta uocamus.

Vt ex contrario per deridiculũ: ſit Atlas appellatus: qui foret pu mila ſtatura: ſicuti.

Canibus pigris: ſcabieq; uetuſta
Turpibus: & ſiccæ lambentibus ora lucernæ:
Nomen erit tygris/pardus/leo/ſiquid adhuc eſt
Quod fremat in terris uiolentius.

Sed & muli pumili/uel mulæ/tum in pretio ſunt/ inq; deliciis ha bitæ. De quis in diſtichis idem Martialis.

His tibi de mulis/non eſt metuenda ruina
Altius in terra/pene ſedere ſoles.

Si quãdo igiť nanus hic Atlas/ mulo cõſimiliter nano/ & cõpare ſibi utebať! ueriſimile eſt! rideri ſolitũ publicitus: ſicuti etiã mau rus niger deriſui uulgo/quoties cõcolorẽ ſibi elephãtum inſcen derat. Vnde inquit idem in primo.

Et molles dare iuſſa quod choreas
Nigro bellua nil negat magiſtro

Cõuenit aũt ꝑpoſito: argumentoq; poetę ĩ eum q iuuenis & uali dus/& paup: lectica identidẽ tamẽ a ſex/& ipſis iuuenibus/ uali dis/pauperibuſq; geſtabať: Atq; ut illi ſuperiores! nihilo ipſe ſe tius/cunctis deridendi ſui dabat occaſionẽ.

Caput xxiiii.

Quædam ſuper Hecale anu in memoriam data: deq; poeſi Callĩ machi: tum ex epigrãmatis priapeis expoſitus locus: & itẽ alter apud Statiũ: quodq; uitioſe legit̃ de eo/ĩ Apuleianis codicibus.

Aequalis tibi/quam domum reuertens
Theſeus repperit in rogo iacentem:

u Erſiculi ſunt hi de priapeis epigrãmatis/ per quos aut ego fallor/aut Hecale anicula demoſtrat̃/a qua Theſeus olim adoleſcẽs hoſpitio comiter acceptus eſt. Vnde ſacrũ quoq; hecaleſion ꝑ pagos celebre fuit hecalo Ioui: nõ ſine ipſius Hecales honoribus. Quam etiã Hecalenem dimminutiua forma uocabant: quoniã ipſa quoq; adoleſcentẽ adhuc Theſea ſalutare aniliter: & huiuſcemodi excipere/diminutiuorũ blãditiis cõſueuiſſet. Quoniã aũt ꝓficiſcente ad pugnã Theſeo/ſacrũ Ioui pro illius reditu uouerat: ac priuſq̃ reuerteret̃/ipſa obiit diẽ/uicẽ hãc Theſei iuſſu pro hoſpitalitate recepit: ſicuti Philochorus memoriæ prodidit. Qua de re Plutarchus in Theſei uita cõmeminit. Ceterũ de ea iuſtum poema Callimachus fecit: Hecalem nomine. Sicuti innuit item uerſiculus ex notiſſimo epigrammate.

μέλϖω Δε γραοσ τησ φιλοξένου τρόϖουσ

Multiq; paſſim repiuntur auctores: Hecalen/citãtes Callimachĩ. Nam & herbas edules/ enumerat aliquãdo Plinius: quas ruſtica illa Hecale apud Callimachum apponat: ſicuti Crethmon ĩ libro xxvi. ſicuti etiam Sonchon in. xxii. q̃uis in nouis codicibus Hecate ſit ibi non hecale: ueſtigium autem ueræ lectionis manet adhuc in antiquis eis: qui ſunt in publica gentis medicæ bibliotheca: Quin ubi Callimachus in Apollinis ait hymno.

ὁφθόνοσ ἀϖόλλωνοσ ἐϖὄυατα λάθριοσ ειϖεν
ὀυ κἄγαμαι τον ἀοιΔον οσ ὀυΔ᾽ὅσα ϖόντοσ ἀεἰΔει.

In eum locũ ſic interpres ꝓpemodũ: per hæc inq̃t illos accuſat: q̃ ſic ĩ eum cauillarent̃: quaſi magnũ facere poema nõ poſſet. Vnde coactus eſt Hecalẽ facere: Verba ĩterpretis ita ſunt. ἐγκαλει Δια

τούτων τοὺς σκώπτοντας αὐτον μηδύνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα ὅθεν ἠναγκάσθη ποιῆσαι την ἑκάλην. Híc nos ĩ nutrice.
Battiades hecalen ſonat: & marathonia geſta/
Celſior aſſueto!
Sed & Statius in extremo thebaidos de hac ipſa.
Nec fudit uanos anus hoſpita fletus.
Et Suidas Hecalē ait heroida quāpiam eſſe apud Callimachum. Deniq; Apuleius ĩ primo metamorphoſeos de eadē puto/ Si cōtē tus inq̃t lare paruulo Theſei illius cognominis patris tui uirtu tes æmulaueris: q̄ nō eſt aſpernatus Hecales anus hoſpitium te nue. Neq; aūt ignoro deprauatā fere ubiq; eſſe ſcripturā: ſiq̄dē nō Hecales anus! ſed Ales anus præcerptis aliquot litteris/ ſcriptū̃ plerūq; inuenies: ut ĩ tranſcurſu etiā Apuleianos codices emacu lemus: & lectorē ueluti ſuperpondio dimittamus honuſtum.

## Caput xxv.

Quā multa in epiſtolis familiaribus quæ nunc habentur Cicero nis præpoſtera: tum quem in ordinem reſtituendæ.

n Actus ſum Ciceronis epiſtolarum familiariū uolumē anti quiſſimū: de quo etiā ſupra dixi/ tū ex eo ipſo/ alterum de ſcriptū/ ſicuti q̄dā putāt Frācíſci Petrarchę manu: Deſcriptū autē ex ipſo liquet multis argumētis/ quę nunc omiſerim: Sed hic po ſterior/ quē dixi codex: ita eſt ab ĩdiligēte bibliopola/ cōglutina tus: uti una trāſpoſita paginarū decuria: cōtra quā notata ſit nu meris deprę̄hēdat̃. Eſt aūt liber ĩ publica gētis Medicę bibliothe ca. De hoc itaq; uno quātū cōiciam cūcti plane quotquot extāt adhuc epiſtolarum earundem codices: ceu de fonte/ capiteq; ma narunt: inq; omnibus prępoſterus/ & peruerſus/ lectionis ordo: qui mihi nunc loco reſtituendus: quaſiq; inſtaurandus. Quare adhibe quæſo animū: quicūq; liberalis has litteras amplecteris. Igitur in libro octauo: Cęli epiſtola ad Ciceronē: ſic incipit. Cer

re inq̃ abſolutus eſt me repręſentãte: pronũtiatum eſt: & quidem omnibus ordinibus: ſed & ſingulis ĩ unoquoq; genere ſentẽtiis. Vide modo ĩquis hucuſq; ordo nõ dũ ĩterpellatus. Quæ aũt ſtatim ſequunť uerba: Litteris oſtẽderis: & cetera / diuerſa prorſus a ſuperioribus / atq; alterius epiſtolæ / inuenias. Perge porro: ab ea ipſa epiſtola / deinceps numerare ſequẽtis / ad eã / quæ ſit quarta & uigeſima: cuius ita pricipiũ. Nõ me hercules. Nihil unq̃ eni: quę cum ſupiore cõtinuatur: Vt legas ita. Certe inq̃ abſolutus eſt / me repræſentãte ꝓnuntiatũ eſt: & quidẽ omnibus ordinibus: ſed & ſingulis ĩ uno quoq; genere ſentẽtiis. Vide modo inquis. Nõ me hercules. Nihil unq̃ enim: atq; ita reliqua ſubtexe: donec ab hac ipſa: quã diximus alterius eſſe epiſtolæ / pueneris ad ſequẽtem decimã / cuius hoc initiũ. Sic tu inquis Hircium / quã eouſq; lege / dũ in uerba hęc incidas: Si ullam ſpem: quę ſimul offenderis / Totũ hoc delebis: Aut in tecto uitii / cetera mihi probabuntur: Totum hoc inq̃ delebis / aut induces: quoniam aliena plane huic loco. Mox denuo recurres / ad ea quæ poſita perperam ſunt / ĩ illa Cęli de qua primitus dictum: atq; ita cõtinuabis lectionẽ: Si ullã ſpẽ litteris oſtenderis. Ita tractim legẽs ad epiſtolã puenies tertiam / ab hac & uigeſimã / ſic uidelicet incipientem. Duabus eius epiſtolis reſpondebo: clauſamq; hac fini. Si. n. nihil eſt ĩ parietibus / aut in tecto uitii / cetera mihi probabunť: Poſt eamq; ſtatim cõſeq debet epiſtola / que nũc ab illa undecima: ſic ordiens. Delectauerũt me tuæ litteræ. Cõprobat hunc ordinẽ / quem poſuimus / nõ ſolũ / codex uterq;: uel ille antiquus / uel hic ex eo ſtatim natus / a quo ceteros quoq; omnis bibliopolę uitio deprauatos liquet. Sed intellectus etiam / ſenſuſq; ipſe luce clarior / ſic ut acutius inſpiciẽti / qdqd uſq̃ prorſus obſcuri eſt / ambiguiq; tollatur.

Caput xxvi.

Verſiculi in faſtis e gręco ſuper uite / & Capro: tum parodia quæpiam obſcurior apud Suetonium.

o Vidius in primo faſtorum.

Sus dederat poenas: exemplo territus horum
Palmite debueras abſtinuiſſe caper.
Quem ſpectans aliquis dentes in uite prementem
Talia non tacito dicta dolore dedit.
Rode caper uitem/ tamē hinc cum ſtabis ad aras
In tua quod ſpargi cornua poſſit erit.

Nimirū hi duo uerſiculi/ de gręci poetæ diſticho/ perq̄ inclyto feſtiuoq; facti: quod ī primis celebre ferr̄: & uolitat docta ꝑ ora uirum. Nam cū dixiſſe quépiā illa memorat/ ipſum nimirū auctorē carminis Euenū digito deſignauit. Loquitur autem ī gręcis uerſiculis: uitis ipſa/ ſic ſcilicet.

κἤν με φάγησ ἐϖὶ ῥίζαν ὅμωσ ἔτι καρϖοφορήσω
ὅσσον ἐϖισϖεῖσαι σοὶ τράγε θυομένῳ.

Vertit hos nimirū/ q̄ potuit ad unguē poeta ingenioſiſſimus: & ſunt tamē in gręco nōnulla/ quæ noſter parū enarrate. Quin ſi ueris cōcedēdum/ trāſmarinā illā/ neſcio quā Venerē/ ne attigit qdē noſter. Quod uitiū linguæ potius minus laſciuiētis q̄ parum copioſæ. Sed quoniā in gręci huius diſtichi mentionē incurrimus/ afferamus etiā/ quod apud Suetoniū in Domitiano eſt/ ut obiter illi quoq; nō inobſcuro loco/ lucē interpretationis inferamus: uelutiq; auctariū demus merce ipſa/ ne utiq̄ uilius. Verba igitur ita ſunt. Vt edicti de excidēdis uineis propoſiti: gratiam faceret: nō alia magis re cōpulſus creditur: q̄ quod ſparſi libelli cum his uerſibus erant.

κἤν με φάγησ ἐϖὶ ῥίζαν ὅμωσ ἔτι καρϖοφορήσω
ὅσσον ἐϖισϖεῖσαι καίσαρι θυομένῳ

Quod.n.ſupra uitis capro minitabar̄/ hoc eadē nunc Cęſari: pulcherrima hercules parodia. Vel ſi me inqens ad radicem comederis/ tantū tamē uini ꝓducā: quantū īmolādo Cęſari poſſit infundi. Mos.n. ueteribus uti capitibus ſtātiū/ ſub ictu/ cultroq; uictimarum uinū infunderer̄: Sic apud Maronem uidelicet.

Ipſa tenens dextra pateram pulcherrima Dido
Candentis uaccę media/inter cornua fundit.

Igitur neci Domitianum Cęſarem/per hos uerſiculos/ libelli de
ſtinabãt:quoniã ut Suetonius idem ſcribit: Ad ſummã quõdam
ubertatem uini: frumẽti uero inopiã: exiſtimãs nimio uinearum
ſtudio negligi arua: edixit ne qs in italia nouellaret: utq; in pro
uinciis uineta ſuccidereñt: relicta ubi plurimũ dimidia parte: nec
exſequi rem pſeuerauit. Meminerint aũt ſtudioſi/ nos ĩ hoc inuẽ
to/nõ uno dumtaxat nomine/in cõmune cõſuluiſſe: quoniam in
pleriſq; adhuc Suetoni codicibus/ etiãq; nõnullis ueteribus/nõ
modo gręcos hos uerſiculos nõ inuenias/ſed ne ueſtigiũ qdem
ac ne locũ etiam/quo ſe recipiãt. Sed eos nos quoniã tenebamus
iam pridem: utpote lepidiſſimos: facile mox de obſoletis/mẽdo
ſiſq; exẽplaribus/ ſingulas penſitãdo/ paulatimq; nũc agnoſcen
do/nunc reſtituendo litteras perueſtigauimus.

## Caput xxvii.

Verba in Ciceronis epiſtola ex Enni Medea/de græca Euripidĩ.

c Icero in epiſtola ad Trebatium: Hoc tibi tam ignoſcemus
nos amici: q̃ ignouerũt Medeę/quæ corĩthum arcem altam
habebãt/matronę opulẽtę optimates: qbus illa manibus gypſa
tiſſimis pſuaſit: ne ſibi uitio illę uerterẽt/quod abeſſet a patria.
Nã multi ſuã rem bene geſſere/ & publicã/patria procul.
Multi qui domi ætatẽ agerent: ꝓpterea ſunt improbati.
Nemo ex his quorum edita ſit ſentẽtia/ſuſpicatus eſt adhuc/nõ
eſſe iſta plane Ciceronis uerba/ſed poetę alicuius magis: cui lice
ret uti uocibus illiuſmodi figuriſq;: ceu ſunt illa quæ corinthum
arcem altam habebãt: & matronę opulẽtę optimates/neq; ſaltem
hoc uiderũt: Iambos adhuc ĩ his uerſibus extare ĩtegros duos:
aliorũq; quaſi diſcerpta mẽbra ueluti noſcitari. Nos hæc ex Ennĩ
Medea uerba eſſe collegimus: nõ quidẽ ſuo prorſus ordine/Sed

quo commodiſſimum Ciceroni fuit/ allegata. Nam cum de gręca Euripidi uerſam ab Ennio Medeā in latinū cognouiſſemns/ ſententiam ꝓtinus horum uerborum/ de ipſa nimirum Euripidi tragoedia (quādo illius Ennianæ iacturā fecimus) libuit aucupari. Sic igit̄ in ea fabula/ cū matronis corinthiis loquēs inducit̄ Medea: uti perſuadeat/ nō ſibi uerti uitio oportere/ quod abſit a patria. Quādo multi inqt honeſti/ etiā ꝓcul a patria: multi contra/ domi fuerūt inglorii. Nā male audiebāt peregrinę feminę: unde illud comicum. Adeon eſt demens/ ex peregrina? Similiter taceri poſſe ait Parmeno: ſamiā fuiſſe Thaidis matrē: tūc athenis uictitantis. Verſiculos aūt Euripidis ipſos/ ex Medeę ꝑſona/ nequis fortaſſe deſideret hic adſcribemus.

κορίνθιαι γυναῖκεσ ἐξῆλθον δόμων
μή μοιτί μέμψησθ᾽ οἶδα γὰρ πολλοὺσ βροτῶν
σεμνοὺσ γεγῶτασ. τοὺσ μὲν ὀμμάτων ἄπο
τοὺσ δὲ θυραίουσ. οἱ δ᾽ ἀφυσύχου ποδὸσ
δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥαθυμίαν.

Quod aūt diximus poetā Ennium/ de gręco uertiſſe tragoediā/ Euripidi Medeā partim de uerbis Ciceronis cōiectamus: qui ſic ait: ī primo de bonorū malorūq; finibus. Quis .n. tam inimicus pene nomini romano eſt: q̄ Enni Medeā/ aut Antiopam Pacuuii ſpernat/ aut reiciat? Qui ſe iiſdē Euripidi fabulis delectari dicat/ latinas litteras oderit? partim etiā: quod Ennianæ tragoediæ prīcipium/ multis locis: ut a Quītiliano uolumine qnto: ut a Cicerone ī libro de fato: ut itē ab aliis auctoribus identidē citat̄: ſed nuſq̄ tamē longiore tractu/ q̄ in rhetorico ſecundo/ eiuſdē Ciceronis ad Herennium. Quod hic ex codicibus uariis emēdatū ſubſcribimus: ut illuſtretur obſcuritas/ locis aliquot ī lingua latina oboriens/ quoties unus aut alter de eius tragoediæ prīcipio uerſus allegat̄: ſuppreſſo auctoris nomine: ſimulq; ītellectu ſuſpenſo. Locus ipſe apud Ciceronem ſic eſt: Ne Enniū inqt/ & ceteros poetas imitemur: quibus hoc modo loqui/ conceſſum eſt.

Vtinam ne in nemore pelio ſecuribus
Cęſa accidiſſet abiegna ad terram trabes
Ne ue inde nauis inchoandæ exordium
Coepiſſet: quæ nunc nominatur nomine
Argo: qua argiui uecti delecti uiri
Petebant illam pellem inauratam/arietis
Colchis imperio regis pelię per dolum
Nam nunq̃ era errans mea domo efferret pedem
Medea animo ęgro: amore ſęuo ſaucia:

Eſt autẽ trabes in uerſiculo ſecũdo: ſingularis numeri: queadmodum & Priſcianus legit libro ſeptimo. Vetuſtiſſimi enim (ut ipſe inqt) etiã trabes pro trabs proferebant: Euripidi uero tragoediæ pricipiũ/ſi cum Ennianę cõferas! feceris arbitror operæ pretium: quod & ſubnectam.

εἰθόφελ᾽ἀργοῦσ μὴ διαϖτασθαι σκάφοσ
κόλχων ἐσ αἶαν κυανέασ συμϖληγάδασ
μὴδ᾽ἐννάϖαισι ϖηλίου ϖεσεῖν ϖοτὲ
τμηθεῖσα ϖεύκη. μὴδ᾽ἐρετμῶσαι χέρασ
ἀνδρῶν ἀρίστων οἳ τὸ ϖάγχρυσον δέροσ
ϖελία μετῆλθον οὐγὰρ ἂν δέσϖοιν᾽ἐμὴ
μήδεια ϖύργουσ γῆσ ἔϖλευσ᾽ἰωλκίασ
ἔρωτι θυμὸν ἐκϖλαγεῖσ᾽ἰάσονοσ

## Caput xxviii

Panici terrores qui uocentur: eoq; locupletiſſimi citati teſtes.

iN Ciceronis epiſtola ad Tironem: quæ poſita ĩ extremo familiarium uolumine: ſic ſcriptũ eſt. Et ſi Atticus noſter/qui quõdam me cõmoueri ϖανικοῖσ intellexit: idem ſemper putat: nec uidet qbus præſidiis philoſophiæ ſeptus ſim. Hercle quod timidus ipſe eſt. θορυβοϖοιεῖ. Panica uocanť (ut arbitror) a grę cis repẽtini qdã terrores: & cõſternationes: quales utiq; lympha

tici metus uſq; adeo inreuocabiles: ut nõ ratione modo / ſed mẽ te etiã careãt. Quo item uerbo Cicero idem utitur in epiſtola ad Atticum libro qnto: Scis .n. inqt quædam πανικὰ dici. Facit itẽ Hyginius de panico terrore mentionẽ / quo loco de Capricorno / his uerbis. Hic.n. dicit̃ cũ Iuppiter titanas oppugnaret: primus obieciſſe hoſtibus terrorẽ: qui Panicos dicit̃: ut ait Eratoſthenes: Quam fabulã / & Germanicus innuit in Arateo cõmentario. Euri pides ĩ Medea ſic ait.

καὶ τίσ γεραιὰ προσπόλων δόξασά που
ἢ πανὸσ ὀργὰσ ἢ τινὸσ θεῶν μολεῖν
ἀνολόλυξε.

Panos aũt uocat iras Euripides: ſicuti ẽ apud antiqſſimũ ipſius interpretem τὰ πανικὰ δείματα. ideſt panicos terrores ὅτι τὴντῶναἰφνιδίων φόβων καὶταραχῶν αἰτίαν τῷ πανὶ ἀνατιθέασιν. Quoniã inquit repentinorum terrorũ: & conſternationũ cauſã: deo pani tribuũt. Et apud Syneſiũ ĩ libro de ꝓuidẽtia / ſic inuenio ferme. καὶ πανικοὶ θόρυβοι μεθημέραν τὸ στράτευμα κατελάμβανον. Et panici tumultus interdiu exercitum occupa bant: Quo loco ampliter etiam / cuiuſmodi eſſent hi deniq; terro res explicatur. Quin interpres etiã neſcio qs / ita uerba hæc ipſa Syneſi enarrat: ut panicos appellari terrores dicat / cum repẽte in exercitu / uiri / equiq; perturbantur: nulla cõparente cauſa. Solent enim inqt feminæ ui numinis ĩſtinctæ / panos orgia clamoribus concelebrare: quibus utpote repentinis / metu audientes affician tur. Sed & Niceres Choniates / nõ aſpernabilis omnino inter grę cos auctor / panicorũ meminit phantaſmatũ / ĩ oratione quapiam ſua. Theon quoq; Arati poetæ ĩterpres: Militaſſe ait pana deum aduerſus Titanas: primũq; eũ uideri / conchã illã tortilẽ & turbi natã qua pro tuba utunt̃ inueniſſe / quę gręce Cochlos appellat̃: factũq; ipſius opa: uti ſe armãdi ſociis interim fieret copia: dũ ſo nitu quocũq; illo q panicos uocat̃ / ĩ fugã Titanes agebant̃. Sed & Nõnus poeta Dionyſiacõ decimo: furẽtẽ deſcribẽs Athamãta /

nunc inſano panos flagello furiatũ ait. Nunc intra ipſius aures bombũ illum inſonuiſſe panici Saturnii flagelli·uerba ita ſunt.

ὀιστρηθεὶς ἀθάμας μανιώδει πανὸς ἱμάσθλῃ

Et item

ἀεὶ δέ οἱ ἔνδον ἀκουῆς

πανιάδος κρονίης ἐπεβόμβει δοῦπος ἱμάσθλης

Quo aũt nunc piaculo Valeri Flacci/pulcherrimos poetę uerſus taceã ſup hoc ipſo poſitos in libro argonauticon tertio?

Dant (inquit) ętbere longe
Signa tubæ: uox & mediis emiſſa tenebris.
Hoſtis habet portus: ſoliti rediere pelaſgi
Rupta quies: deus ancipitem lymphauerat urbem
Migdoniæ Pan iuſſa ferens ſęuiſſima matris
Pan nemorum/belliq; potẽs: quem lucis ab oris
Antra tenẽt: patet ad medias per deuia noctes
Setigerum latus: & toruæ coma ſibila frontis.
Vox omnes ſuper una tubas/qua conus/& enſes
Qua trepidis auriga rotis/nocturnaq; muris
Clauſtra cadunt: taliſq; metus nõ martia caſſis
Eumenidumq; comę/nõ triſtis ab ęthere Gorgo
Sparſerit/aut tantis aciem raptauerit umbris
Ludus & ille deo pauidum præſepibus aufert/
Cum pecus/& profugi ſternũt dumeta iuuẽci:

Quin libro etiã ſexto apud eũdẽ barbarus qſpiã ad terrorem incutiendum ſimulacra panos prętulit.

Hiſpidus inq; dei latuit terrore lycęi.

Sed & Sozimus hiſtoriæ gręcus auctor in libro tertio/ Mõſtroſo aſpectu quẽpiã apparuiſſe/pellitum dicit: Albanis romaniſq; prelium cõmiſſuris. Etenĩ deũ Pana belligerũ fuiſſe/ uel ex argumento Nonni cognoſcimus/uel ex Theocriti fiſtula: nam in ea ſunt iſta quoq; uerba dã Pane deo

ὀναῖθε πάρος φρένας τέρμα σάκους

Eundéq; fuiſſe atheniẽſibus auxilio contra Perſas cum alibi legi mus: tum in ea ipſa quam diximus fiſtula: his uerbis

ὃς σβέσεν ἀνορέαν ἰσαυδέα
παπποφόνου Τυρίης τᾶ φείλετο.

Caput xxviiii.

Vndeſint apud Ouidiũ Teuthrantia turba Theſpi uocatę filię.

o Vidius in epiſtola Deianiræ ad Herculem
Nec tibi crimen erunt teuthrantia turba ſorores.
Quarum de populo/nulla relicta tibi eſt.

Notiſſima qdẽ fabula/etiãq; a Diodoro ꝓdita: ſup Theſpi nata bus ab Hercule cõpreſſis. Cur autẽ teuthrãtia turba uocenť: hoc tam pleriſq; incõpertũ/ atq; ignotũ eſt/ ut audeãt litteratores pro illo teuthrãtia: theſpeia reponere: nimiſ q̃ improbe: iſciteq;. Nos de eo iuenimus apud Euſtathium Homeri iterpretem: ubi maxi me Catalogum enarrat φησὶ δὲ ὁ τῶν ἐθνικῶν συγγραφεὺς ὅτι κτίσμα ἐστιν ἡ θέσπεια θεσπιάδου. κατὰ δέ τινας θεσπίου υἱοῦ τεύθραντος τοῦ πανδίονος. Ex auctoritate ſcilicet cuiuſpiã/q de gẽtibus conſcripſerit/theſpiã tradit a Theſpiade fuiſſe condi tam: ſicut aũt nõnulli ſcribãt a Theſpio Teuthrãtis filio/ Pãdio niſq; nepote. Quare teuthrãtia turba Theſpi uocatę filiæ ab auo Teuthrãte. Deniq; & Aeſchylus i tragoedia Agamemnone: the ſpiam urbem Teuthrantis appellauit.

Caput xxx.

Vocabula inuentu rara nec tamẽ ſingularia Cucuma: Proſeucha: Scruta.

u Ocabula quępiã ſunt/ita rara iuentu: ut ſi iterũ i ea incida mus: ob id feciſſe opæ pretium uideamur: quoniã ſingula ria credebanť. Sicuti ẽ Cucuma apud Martialẽ i hoc hemiſtichio.

Cucumam fecit Oracilius:
Nã ſic ĩ ſatyrico legimus Petroni Arbitri: Tũ illa carnis etiã pau
lulũ delibat/ & dũ coæquale nataliũ ſuorũ ſinciput ĩ carnariũ fur
ca reponit! fracta eſt putris ſella/ quæ ſtaturæ altitudinem adiece
rat: anũq; pondere ſuo deiectã ſuper focũ mittit. Frangit̃ ergo cer
uix Cucumæ: ignẽq; cõualeſcẽtẽ reſtinguit/ atq; totã faciẽ excita
to cinere ꝑfudit. Ex eoq; inclinatũ dimminutiuũ cucumion inue
nio apud Arrianũ in libris de epictero: Quo maxime capite περὶ
κυνισμοῦ. hoc ẽ de Cynica ꝓfeſſione loqt̃: atq; adeo uerba Arria
ni ponã. δεῖ αὐτὸν κουκούμιον ἔχειν ὅπου θερμὸν ποιήσει τῷ
παιδίῳ ἵν᾽ αὐτὸ λούσῃ. Habere inquit eum Cucumion oportet/
ubi calfacet puero/ quo ipſum lauet. Cucumion dixit gręca con
ſuetudine/ quod nos Cucumulã/ nõ incõcinne. Sed & proſeucha
tantum apud Iuuenalẽ inueniri uocabulum pro loco mẽdicabu
lorum putatur: Cum tamen Cleomedes: in ſecundo circularis in
ſpectionis libro/ aduerſus Epicurum differẽs/ ita propemodum
loquatur: Ex iis nonnulla/ e lupanaribus aſcita: quædam ſimilli
ma his: quę in Cerialibus a feminis dictitantur: Alia uero ex me
dia proſeucha/ atq; ab iis ipſis/ qui illic mendicant deſumpta: Iu
daica plane/ & retrita/ longeq; etiam reptilibus humiliora. Sed &
Scruta dixit Horatius quidẽ ſemel in hoc uerſiculo.
Vilia uendentem tunicato ſcruta popello
Dixit iterum quantum uideam Sidonius Apollinaris libro epi
ſtolarum ſeptimo per hæc uerba. Nunc quædam friuola/ nunc lu
do apta uirgineo ſcruta donabat.

Caput xxxi.

Quid ſit illud apud Iuuenalem/ Tanquã habeas tria nomina:
quodq; manu emiſſi patronorum ſibi nomina imponebãt: deq;
in nomen adoptando ex teſtamento.

e T ponere foris: ſi quid tentaueris unquam

Hiſcere: tanq̄ habeas tria nomina.
Sane Domitius idem (nam ceteros omitto interpretes / cum ipſo ut præfractiore congredior) Domitius igitur ſic hunc ex quinta Iuuenalis ſatyra locum enarrauit. Si uelles inquit loqui / quaſi tu quoq; unus eſſes ex nobilibus: quaſi ínuat: quod tantū his / qui nobiles ſunt loqui liceat: Nobilitas enī cognomine / agnomine / & nomine deſignabatur. C. Iulius Cęſar. Hactenus ad uerbum Domitius. Ceterum tria nomina / nec ſoli habebant nobiles / nec uniuerſi! Sed hi potius arbitror q̄ e ſeruitio manumittebantur. Quo circa ſenſus quoq; uel ob id acutior / atq; cōcinnior: ut cōuiuator / ne liberū qdē putet / ne ue pro libero fari æquū cēſeat: quē ſibi cōuiuā uocauerit. Hoc ſi non auctores / haud lubricę fidei cōprobāt: uincor / nihil eſſe Domitio penſitatius. Artemidorus igit̄ Epheſius / ſiue is Daldianus dici mauult / in libro de ſomniorum cōiecturis primo: gręce ille quidē! ſed ad hāc ſententiā. Noui aūt quendam inquit ſeruum hominem / qui ſibi habere tria uirilia uiſus. Dein uero liber factus / eo pacto tria ꝓ uno habuit nomina / duobus aſſumptis patroni nominibus. Hęc Artemidorus. Septimius quoq; Florens Tertullianus ī libro de reſurrectione ſic ad uerbum. Oro te inquit ſi famulū tuum libertate mutaueris / quia eadem caro / atque anima permanebunt / quæ flagellis & compedibus / & ſtigmatibus obnoxiæ retro fuerant / idcirco ne illas eadem pati oportebit? Non opinor. Atqui & ueſtis albæ nitore / & anuli aurei honore / & patroni nomine / ac tribu menſaq; honoratur. Hinc illud opinor Perſianū: Exit Marcus Dama. Probat morem Cicero quoq; epiſtolarum ad Atticum uolumine quarto: ſic ſcribens / de Eutychide gratum: qui uetere prænomine / nouo nomine. T. erit Cęcilius: ut eſt ex me & te iunctus Dionyſius. M. Pomponius. Sed ut obiter hunc quoq; Ciceronis / non inobſcurum locum interpretemur / noſſe oportet: etiam morem fuiſſe: ut hęredes teſtamento in nomen / familiamq; adoptarentur. Sicuti eſt a Cęſare. C. Octauius: quēadmodum ſcribit / & Suetonius in

Iulio: Quo circa poſt eam dié ſemper eſt ille Cęſar/ ut in epiſtolis quoq; Bruti ad Ciceroné appellatus. Quéadmodú &. Q. Scipio collega in cóſulatu Pompei: qui cum filius Naſicæ foret ex teſtamento in Metelli pii genus adoptatus/ eius etiá nomine uocabatur. Sicuti libro hiſtoriarú. xxxx. ſcribit Dion. Quare etiá. T. Pó ponius Atticus heres relictus a. Q. Cęcilio ex dodráte: ſicuti ſcribit Cornelius Nepos í ipſius Attici uita: poſtea ut eſt apud Varronem í ſecundo de re ruſtica ex. T. Póponio Attico. Q. Cęcilius Atticus eſt appellatus. Quare Eutychidem manumiſſú. T. Cęcilıú Eutychidé uocauit: uetere prænomine ſuo. Ná. T. Póponius/ olim dicebat̃: nouo nomine/ quod haud pridé. Q. Cęcilius uocari coeperat. Sic ſeruus Dionyſius. M. Póponius Dionyſius uocatus eſt/ aſcito Ciceronis prænomine/ Attici nomine: Sed & Mileſius Alexáder/ cui Polyhiſtori cognomentum fuit: Cornelius eſt etiá a Cornelio Létulo/ appellatus: a quo uidelicet fuerat manumiſſus: ſicuti quæ Suidę dicuntur/ collectanea/ teſtantur.

Caput xxxii.

Reſtituta Plinianis codicibus abolita pridem uox: quidq; poppyſmos aut poppyſma ſignificét: quodq; mos poppyſmis/ adorandi fulgetras.

c Orrigédus apud Plinium locus: ex libro octauo/ & uigeſimo/ naturalis hiſtorię: capite ſecundo quo tractat̃/ an ſit in medendo aliqua uis uerborum: ſubducta enim uox una/ qua uetus indicatur conſuetudo: uetuſtiore quoq; teſtimonio comprobata. Sic autem pleriq; codices habent: Fulgetras adorare conſenſus gentium eſt/ Sed in uetuſtis duobus exemplaribus: ex ipſa Medicæ gentis/ nobili bibliotheca: ſic ſcriptú. Fulgetras adorare poppyſmis conſenſus gentium eſt: Quam lectionem uel Ariſtophanes facetiſſimus poeta confirmat in comoedia cui σφηκεσ inſcriptio. Nam apud eú Philocleo quidam ſenex ita loquitur: ut

ſe dicat poppyſſantibus (liceat aũt ſic uerbo uti) fulguraturum. Tũ interpres antiquiſſimus: moré hunc eſſe ait/ uti ad fulgetras poppyſſetur. Verba Ariſtophanis hæc ſunt. κἀναστράψω ποππύζουσιν. Tũ interpres hæc. ἔθος ταῖς ἀστραπαῖς ποππύζειν. Queadmodũ ergo apud Iuuenalem: Martialeq; poetas poppyſma legitur: & poppyſmata: ſic apud Plinium poppyſmis a caſu recto: qui ſit poppyſmus. Eſt aũt facticia de ſono uox: id ſignificans/ quo maxime nõdum pdomitis equis adulamur: uti Maximus in lexico/ & Nicas/ itẽ & Suidas. Vtiť uerbo etiã Sophocles. ποππύζεται ζευγηλάτρις ſicut & Pollux meminit in ſeptimo Onomaſticon. Quin idẽ quoq; ĩ primo Siſti equũ poppyſmo docet: hoc ipſum uſurpãs uocabulũ: quod & Plinius: q tamẽ etiam libro eiuſdẽ naturalis hiſtorię qnto/ trigeſimoq; ſic ait: Similis: & Nealcem ſucceſſus ĩ ſpuma equi/ ſimiliter ſpongia impacta ſequutus diciť: cum pingeret poppyzonta/ retinentẽ equũ. Dexippus etiam Platonicus philoſophus/ in dialogo: quem edidit ĩ Ariſtotelis Categorias ita ſcribit. ἢ εἴτις ἄναρθρος ψόφος ὡς ἐπὶ ποππυσμάτων.

## Caput xxxiii.

Crambe quæ ſit apud Iuuenalẽ: ſuperq; ea gręcum prouerbium.

Occidit miſeros Cambre repetita magiſtros.

h Vnc Iuuenalis uerſũ/ Domitius idẽ Calderinus his uerbis enarrat: Cornelius de declamationibus ita ſcribit. Declamationes/ aut ex hiſtoriis trahebãť: ſicuti ſane nõnullę uſq; adhuc/ aut ex ueritate ac re: ſi qua forte recẽs/ accidiſſet. Itaq; locorũ etiã appellationibus additis ꝓponi ſolebant: & ſic certe collectæ/ editęq; ſe habẽt. Cãbre igiť iſcriptio ẽ declamationis a loco. Nã Cãbre oppidũ ẽ ĩ teuthrania troadis ut ſcribit Pliniuſ: & e ꝓxima regione eſt leſbos: ĩ qua Mitylenen occupauerũt tyranni: ut auctor eſt Strabo: Nigeſſilus: & Megarogilus: Alcęus poeta eos carmine eſt

inſectatus: unde aureum plectrũ habuiſſe dicitur: auctore Fabio. De tyrannis eiectis Cãbre declamatio ſemper erat repetẽda a magiſtris. Hæc placet ſententia / ut cõueniat cũ eo quod dixit.

Cum perimit ſęuos claſſis numeroſa tyrannos.

Quod alii a Cambro ſcytharum rege: cuius meminit Diodorus / Cambren declamationẽ deducũt / nulla ex parte accõmodatum eſt. Hactenus igiẽ Domitius: Tortuoſa prorſus & tergiuerſanti oratione: cuius ex uerbis hæc deniq; colligiẽ / confuſa neceſſitate ſentẽtia: Cambren declamationẽ ab oppido Teuthranię appellari. Quod & a locis nomina declamationibus imponãtur: & Mitylenen tyranni occupauerint: oppidũ in leſbo: ut id poeta uerſiculo illo ſignificet.

Cum perimit ſęuos claſſis numeroſa tyrannos.

Nos igiẽ proponerẽtur nec ne a ueteribus cõtrouerſię: locorũ appellationibus additis / nõ laboramus: q̃uis hoc non Cornelius (ut ipſe dicit): ſed Suetonius Traqllus ſcripſerit: i libello / quẽ de claris grãmaticis / rhetoribuſq; cõpoſuit: eumq; libellũ / nõ ut Corneli: ſed ut Suetoni Domitius quoq; ipſe ſupius agnoſcit / & ſuo ſe laqueo (quod dicitur) implicat: exponens (ut qdem ſibi uidetur) uerſiculum eiuſdem ſatyræ:

Parte alia ſolum rus ſati pone lacertę

Iam uero Cambren (ut quod nũc inſtat agamus) eſſe inſcriptionem: id nos plane pernegamus: Quin audacter pronuntiamus / neq; tale quippiã apud idoneos modo ſcriptores / inueniri: neq; ſi maxime iueniaẽ: idcirco tamẽ ad tyrannos eos / q Mitylenen occupauerint / referendum: cum oppidum Cambre nõ modo nõ in leſbo: ſed ne in inſula quidem / ſit ulla. Quare (quod pace ſua dixerim) nihil hac Domiti cõmenticia opinione (ſiqs modo eã diligenter excutiat) dici / fingiq; poteſt / aut abſonũ magis / aut incõcinnũ / & ridiculũ: ſic ut ſeſe ipſa nullo ĩpellẽte ſubuertat. Neq; autẽ cauſa fuit: cur Mitylenen ad Alcęum confugeret: ut claſſis numeroſa tyrannos perimeret: quãdo inter primas cõtrouerſiarũ

materias: tyrannicidi/arum pręmia/numerat Cornelius in eo dialogo/ quē de claris edidit oratoribus. Ita ſibi omnia tenebrarū/ & caliginis ingenia Domitius offundit: quoties uelut e naſſa piſciculus nequit exſinuari: quodq; Ariſtotelem facere docet Atticus philoſophus nō inelegās Platonis ꝓpugnator/ ut quēadmodum ſepia ſparſo ſub oculos ipſos: manūq; piſcatoris/ſuo ſibi ſuco/elabit̃/ ita ille depræhēdi metuens/ ſentētias de induſtria obſcuritatibus infuſcet/ hoc i hūc hominē potius cōueniat: nunq̃ magis/ q̃ cū pene tenet̃ inuoluētem ſemet/obnubilātemq; ambagibus/& quoddā ſicut atramentum ꝑplexitatis interuomētem. Quod aūt q̇dam uir alioqui doctus: & iduſtria ſua bene de litteris meritus/ in cōmentario nuꝑ edito: de Gābra Anathoq; affert ex Probo (ut ipſe inq̇t) Iuuenalis interprete: Fateor eq̇dem/ nec ſcire me: qui nā ſit hic Probus: nec putare eū eſſe: cuius Gellius/ aliiq; ex ueteribus meminerint. Fides ergo de eo apud auctorem ſit. Mihi tamē quod uidetur/ exponam breuiter: nam (ut ait ille neſcio qui tragicus:) Veritatis ſimplex oratio eſt. Gręcū igit̃ hoc (arbitror) prouerbiū Iuuenalis expreſſit. Δὶς κράμβη θάνατος quo ſignificatur: bis poſita Crambe mors eſſe. Crambe aūt braſſicæ genus: ut faſtidium uidelicet repetitæ ſæpius controuerſiæ denotaret: cum uulgo quoq; recalfacta braſſica iam in prouerbium faſtidii cōceſſerit. Maluit autē græcum uſurpare q̃ latinū uocabulum poeta: uel quia tritius id græcis/ q̃ latinis ꝓuerbium: uel ſane/quia ſpecies etiam quædam braſſicæ proprie appellata Crābe: tenuioribus (ut eſt apud Plinium) foliis/& ſimplicibus/ denſiſſimiſq;: amarior/ ſed efficaciſſima. Ipſius uero græci prouerbii mentionem Suida facit: poniq; etiā in conuiuiis Crāben docet: quod ſit ebrietati cōtraria/ quēadmodū i libro de re ruſtica teſtat̃ Cato.

## Caput xxxiiii.

Vitioſe quæpiam in epiſtola Ciceronis: deq; uocabulo quod eſt Sciamachia.

r Vſticum nimis/& illepidum/ſordidumq; adeo plane uoca
bulum Ciceronis epiſtolã occupauit: eã quę eſt ad Brutũ/
iſto pricipio/Mirabiliter mi Brute lętor: ſic.n.ĩ ea legimus. Meęq;
illę uehemẽtes contẽtiones tanq̃ ſcientia adnihilatæ eſſe uidean
tur. Quod qdam tamẽ hactenus corrigũt: ut dicant/ tanq̃ ſi iam
adnihilatę eſſe uideãtur. Conſulãt quęſo eruditi/peritiq; idoneo
rum uerborũ/ueterũq; lectionum/ cõſulãt ſuũ quiſq; iudiciũ/ ſen
ſumq;/ac tum demum credere audeãt/ adnihilatas cõtentiones:
ſcriptũ fuiſſe a Cicerone. Nos ĩ codicibus duobus/Medicæ fami
lię/quorũ ſupra quoq; fidem allegamus (mendoſe id etiã/ſed ta
men/ ut erroris adhuc ueſtigiũ/ non ſit abolitũ) ſic repperimus.
tanq̃ ſciamachalaę: eſſe uideantur. Quare ſuſpicamur legẽdum/
Sciamachię. Sũt.n. Sciamachię/nihil ſane aliud/q̃ umbratiles pu
gnæ. Sentit.n. Cicero hoc utiq;/frigere iam ſe plane in ſenatu/ nõ
ſuccedẽtibus Bruto rebus: ſuaſq; illas uehementis cõtentiones:
ſciamachias uideri. Vocabulũ ipſum/ perq̃ eſt elegans apud grę
cos/ & magnope uſitatũ. Quin Galenus quoq; medicus ĩ libro
ſecundo υγιεινῶν ſic ait μεταβαίνειν δε καιρος ἐπιτα ταχέα
χαρις ἐυτονίας καιβίας δρόμοι δ᾽ εισι ταῦτα και σκιαμαχίαι
Inter celeres exercitationes/quę tamẽ attẽtę uiolẽtęq; nõ ſũt: etiã
curſus adnumerat: & ſciamachias. Deniq; uel Euſtathius ĩ Odyſ
ſeę cõmẽtario Rhapſodiæ tertiæ: de uerbo eo ſic meminit. ομόιως
δε και το μεν υπὸ σκιᾶ μαχούμεθα φαῦλον δηλοῖ ὀυδὲν.
ὀυμέντοι καιτο σύνθετον σκιαμαχεῖν. Et. M. Varro ſatyrã unã e
ſuis illis Menippeis Sciamachiã inſcripſit. Hæc.n.ẽ apud Gelliũ
uera ex ãtiqs exẽplaribus lectio: nõ ut qdã etiã ſcribũt Crioma
chia/Quin paulo etiã ſupra ĩ epiſtola eadẽ Ciceronis/ uocabulũ
alterũ quod eſt ὄργανον de gręca ſcriptura deprauatũ migrauit
in latinã. Nam pro eo quod erat ὄργανον factum iam optanon.
Neq; autẽ hoc quoq;/ab ullo hactenus animaduertiẽ: Quare ſic
legeris. Plane iam Brute frigeo. Organon enĩ erat meũ ſenatus/
ut quo pro organo Cicero proq; inſtrumento utebatur.

## Caput xxxv.

**Locus in.M.Varronis:& itẽ alter ĩ Columellę libris rei ruſticę defenſus a uitio: quædãq; ſup Euhemero inibi:& Iouis ſepulchro: & cretẽſibus addita:& locus apud Statiũ/declaratus.**

IN.M.Varronis libro primo rerũ ruſticarũ mẽdoſe legiẽ illud Ariſta & granũ oĩbus fere notũ:gluma paucis. Itaq; id apud Enniũ ſolũ ſcriptũ ſcio eſſe ĩ Ephemeridis uerſibus. Nã quod habẽt:etiã ꝗ putanẽ emẽdatiſſimi codices:ĩ Ephemeridis uerſibus: hoc ego ĩ uenerãdę uetuſtatis exẽplari e publica gẽtis medicę bĩbliotheca ſic ĩuenio:In Euhemeri libris uerſis. Neq; aũt dubiũ ẽ/ Enni ſacrã hiſtoriã ſignificari a Varrone de Euhemero ĩ latinũ uerſã:quã uidelicet & Lactãtius idẽtidẽ & Euſebius citat & Auguſtinus. Verba Lactãti de libro diuinarũ ĩſtitutionũ primo ſic habẽt. Antiquus auctor Euhemerus:ꝗ fuit e ciuitate Meſſana res geſtas Iouis: & ceterorũ ꝗ dĩ putãẽ collegit/ hiſtoriãq; cõtexuit ex titulis/ & ĩſcriptionibus ſacris/quę ĩ ãtiqſſimis tẽplis habebãẽ:maxime q; in fano Iouis Triphylĩ:ubi aureã colũnã poſitã eſſe ab ipſo Ioue titulus ĩdicabat. In qua colũna geſta ꝑſcripſit/ut monimẽta eſſẽt poſteris rerũ ſuarũ. Hãc hiſtoriã ĩterpretatus ẽ Ennius:& ſecutus:cuius hęc ſũt uerba. Vbi Iuppiter ĩperiũ Neptuno dat maris: ut ĩſulis oĩbus:& quę loca ſũt ſecũdũ mare oĩbus regnaret. Dein Lactãtius idem/locos Enni nõnullos/de hac ipſa hiſtoria/iterũ/ atq; iterũ adducit:quos eqdẽ breuitati ſtudens pręteribo. Quin ipſius quoq; Euhemeri uerba Sextus itẽ allegat Empiricus/ pyrrhoniorũ maxime uolumine quarto/uocatũq; ait Atheon/ſicuti Meliũ Diagoran:Prodicũ Ceũ: Theodorũ Cyrenaicũ:cõpluriſq; alios:ac de eo quoq; Timon Phliaſius:ut arbitror.ſic ait.

ἐυήμεροσ γέρων ἀλαζων ἄδικα βιβλία ψύχων

xapatrẽ: quãuis apud eum Crocodilites potius q̃ Crocodiline.
Quod & uerius puto. Verba ipſius ita latine ĩterpretamur. Serra
inqt/& Crocodilites: ſicuti eſt ĩ ęgyptiaca fabula. Mulier quępiã/
cũ filio/ ſecũdũ fluminis ripas ambulabat. Ei Crocodilus filium
abſtulit: redditurũ dicẽs/ſi uerũ mulier reſponderet. Negauit illa
fore ut redderet̃/ atq; ob id æquum aiebat reddi. Hactenus ille.
Moxq; idẽ Crocodiliten inquit hanc propoſitionem uocãt/ Cro
codili huius gratia: quam etiam πρίωνα / ideſt Serram uocari
a græcis indicat. Adiuuat Lucianus in dialogo: cui titulus: uita
rum uenditiones! ita ferme Chryſippum loquentem inducens:
eiq; reſpondentem quẽpiam: qui ſe profiteatur emptorem. Conſi

dera igit̃ ait. Eſt ne tibi filiuſ? Quorſum iſtud? Si forte illũ iuxta fluuiũ errabundũ Crocodilus inueniat: rapiatq;: dein redditurũ polliceat̃/ cum uerũ dixeris: utrum reddendus ei uideat̃/ nec ne? Quid eũ ſentire dices? Rem ſane ꝑplexã interrogas. Ex his ut arbitror liquet etiã Crocodiliten/ ſicuti ſupra Ceratinen ſophiſmatos eſſe/ parũ explicabilis ſpeciem/ quo dialectici ueteres/ potiſſimumq; ſtoici uterent̃. Quod genus eleganter Quintilianus exquiſitas ambiguitates appellauit.

## Caput lvi.

Cur gemino cornu Martialis dixerit in ſpectaculis: ubi de Rhinocerote: deq; tauris æthiopicis.

m Artialis epigramma eſt in ſpectaculis: de Rhinocerote/ cuius extremi uerſus hi ſunt.

Nanq; grauem cornu gemino ſic extulit urſum.
Iactat/ ut impoſitas taurus in aſtra pilas.

Domitius ita enarrat: Gemino inqt cornu forti/ & uehemẽti. Vergilius. Gemino dentalia dorſo. Vel quoniam Rhinoceros habet duo cornua/ ut apud Pauſaniã ſolũ legi: quorũ alterũ/ inſigni magnitudine ex naribus extat: alterũ ſuꝑne erumpit/ exiguum/ ſed ualidiſſimũ. Fatet̃ ſane Domitius apud unũ ſe Pauſaniã legiſſe Rhinocerotẽ duo habere cornua. Quid aũt Pliniũ: qd Solinum: qd alios credimus unũ Rhinoceroti cornu tribuẽtis dũtaxat: an uidelicet ignoraſſe oĩs: quod ſolus animaduerterit Pauſanias. Quid porro Septimio Florẽti Tertulliano reſpondebimus chriſtianorũ omniũ/ quorũ quidẽ latine/ oꝑa extent: ut ãtiquiſſimo: ſic auſim dicere ĩ omni pene litteratura diligentiſſimo q libro aduerſus Praxeam tertio uerba illa enarrans de uetere inſtrumento Tauri decor eius. Cornua unicornis/ cornua eius: ĩ eis nationes uentilabit ad ſũmum uſque terræ: Non utiq; inquit Rhinoceros deſtinabat̃ unicornis: nec minotaurus bicornis & que ſequunt̃.

Ceterum de eo Pauſanias ĩ boeoticis meminit/neq; aũt omnino Rhinocerotas duo habere cornua: nã hoc manifeſto refelli poterat. Sed tauros dicit eſſe ĩ æthiopia q̃ Rhinocerotes uocent̃. ὅτι σφίσιν ἐπἄκρα τῇ ῥινί. Sic.n.illius uerba ſũt. ἓν ἑκάστῳ κέρασ κὰι ἄλλο ὑπὲρ ἀυτό ὀυμέγα ἐπὶ δὲ τῆσ κεφαλῆσ / ὀυ δέ ἀρχὴν κέρατά ἐστιν. Quoniã inq̃t illis ĩ ſumma nare ſingulis unicum cornu. Tũ aliud ſupra/nõ magnum. Verũ in capite ne initio quidem cornua. Nõ igit̃ Pauſanias aut inſigni magnitudine alterũ cornu/ aut alterum ait eſſe ualidiſſimũ: Quod ob id eminiſcitur fortaſſe Domitius/ut his facilius urſus extolleretur. Neq; aũt de Rhinocerote ipſo ſentit Pauſanias: Sed ut diximus de æthiopico tauro:qui ſimilitudine quapiam/& ipſe Rhinoceros a quibuſdam uocabat̃: Quare nos ita putamus exponendũ Martialem/ ut urſum uidelicet a Rhinocerote cornu illo unico elatum/eiectatumq; ſentiat/grauẽ gemino cornu:hoc eſt grauẽ tauro futurum/ cui ſunt cornua gemina: ut cornu ſit datiui/ non ablatiui caſus. Nam cũ tauri pilas cornibus ad aſtra euẽtilent: extollere urſum tamen nõ poterãt grauem gemino cornu: ꝓptereaq; eum mirabilius q̃libet uno cornu Rhinoceros extulit.

## Caput lvii.

Quæ ſint apud Suetonium tetraones: correctumq; erratum Plinianis exemplaribus.

t Etraones in Caligula Suetoni/quę ſint aues/omnino ignoratur. Verba ipſius hęc. Hoſtiæ erant phoenicopteri:pauones: tetraones numidicæ: meleagrides:phaſianæ: quæ generatim per ſingulos dies imolarentur. Ceterum inuẽtu res erat haud difficilis: niſi Plinianos inemendatiſſimos haberemus codices. Nam quod apud illum legimus libro decimo hiſtoriæ naturalis:ubi de Anſeribus agit: Decet Erythrotaonas ſuus nitor: abſolutaq; nigritia: Hoc ĩ illo uetuſtiſſimo Pliniano exẽplari de

Medicæ gentis bibliotheca publica/pene legitur emendate/uide licet una tantum cõmutata littera: qualia multa ĩ uetuſtis omnĩ bus uoluminibus ĩterpolata uocabula. Nam cũ ipſa quoq; men doſiſſima pleriſq; ſint locis: ueſtigia tamẽ adhuc ſeruãt haud ob ſcura/uerę indagandæ lectionis: quæ de nouis codicibus/ ab im probis librariis ꝓrſus oblitterantur. In eo igit̃ ſic eſt. Decet & tra bonas: ut ſi ordinẽ duarum primarũ litterarum inter ſe cõmutes/ Tetrahonas diſſultet. Quare ita apud illum: Politiano auctore legas. Decet tetraonas ſuus nitor/abſolutaq; nigritia. In ſuperci liis cocci rubor. Alterũ eorum genus uulturũ magnitudinẽ exce dit. Quorũ & colorem reddit: nec ulla auis excepto Struthocha melo/maius corpore implens pondus in tantum aucta/ut in ter ra quoq; ĩmobilis præhendat̃: Gignunt eas alpes/& ſeptẽtriona lis regio. Hactenus ille de tetraonibus.

Caput lviii.

Origo & ritus ludorum ſecularium: pręterea q; ad id alia: citatũq; eo/Sibyllæ oraculum: mox & obiter explicata quædam: ruſuſq; alia refutata non inutiliter.

e Rit arbitror operępretium/ colligere hic etiam ſecularĩũ lu dorum originẽ/cauſamq; nominis/ & item quot annorũ in teriecto ſpatio/quotieſq; facti/quo ritu/ quibuſq; deis celebrati. Nam & res eſt ipſa p ſe cognitu non indigna/cui ſtudium modo ſit ullum uetuſtatis/ & ad ĩtelligẽdos poetarũ locos nõnullos/ ingens attulerit adiumentum. Cũ igit̃ bellũ inter ſe Romani/Al baniq; gererent/& utraq; ĩ procinctu iam ſtaret acies/extitit repẽ te quidã monſtroſa ſpecie/pelle amictus furua/uociferãs/ iubere Ditem patrem/deãq; Proſerpinam/fieri ſacrum ſibi/priuſq̃ pręliũ cõmitterer̃. Quo perterrefacti uiſo Romani/ ꝓtinus arã ſub terra ędificarunt/& ſtatim ſacrificio facto/pedum.xx.aggere contexe rũt/ut eſſet omnibus/pręterq̃ Romanis ipſis ignorabilis. Sed.n.

euenit/ut Valeſus Valeſius: unde nomen/ & origo Valerię fami
lię: clariſſimus/in gente ſabina & locuples homo ruſticę uitę! arā
hanc quā diximus/ita diuinitus īuenerit. Erat ei nemus ante uil
lam/ꝓceris maxime arboribus/ quę ſtatim fulmine ictę/cōflagra
runt: Nec multo poſt filii duo & filia correpti peſtilētiæ morbo/
ad deſperationem uſq; medicorū laborabāt. Cū ſeſe igiť laribus
familiaribus aduoluens pater/ꝓ liberorū ſalute/ſuū matriſq; pue
rorū capita deuoueret/uox e nemore quod tactū de cęlo! ſtatī au
dita/ſaluos fore eos ſpōdēs/ſi Tiberi ad Tarētū ꝑuecti/calfactā
Ditis & Proſerpinæ foco de fluuio ipſo biberent aquā. Quoniā
uero lōgiſſime abeſſe Tarentū ſcilicet ī extrema Iapygia: nec pro
xime eam urbē reperiri Tiberim ullū fluuiū ſciebat: ſpem ſibi de
terrimā fingebat/etiam inde territus/ quod inferarū potiſſimum
uox illa poteſtatum/meminiſſet! Sed impoſitos nihiloſetius in
lintrē filios/ Hoſtiā primo: mox ad Cāpi Martii regionem deue
xit: ibi recreare ſitientes/& ęſtu febriq; laborātes deſiderans: qua
placidiſſime amnis labiť/exponit ī ripa ęgrotos/ac dū tumultua
riam ſibi tegeticulam cōcinnat/ extincto igniculo/ admonetur a
gubernatore/peredū potius Tarentū(nā ita locus in ꝓximo uo
cabať)etenim fumū ſeſe illic aſpicere. Tū uero lætior audito Tarē
ti nomine Valeſius/deos adorans/& ſalutē ſibi liberorum iāiam
ꝓpemodum bona fide ſpondens/agi ꝓrſum iubet/& illuc maxī
me nauigium appelli. Quo cū ꝑueniſſet/ haurit aquam feſtinato
de flumine/fretuſq; omine tenacius arrepto: fumigās ibidē ſolū/
flatu ſollicitat in flāmam/calfactāq; mox aquā/ porrigit in calice
pueris. Succedit aūt potui ſomnus. Vident in quiete illi ſpongia
ſibi a neſcio quo detergeri morbū: Tum præcipi: ut Diti patri/&
Proſerpinę/furuæ ibidē mactarenť hoſtiæ/ trinoctiumq; ꝑpetuū/
choris & carminibus/cōcelebrareť. Surgunt igiť/recuꝑata ualetu
dine: uiſumq; illud patri renuntiant. Is homo locuples/ defodī
iaciundis alte fundamētis humū iubet. Inuenta igiť ſic ara eſt ea
quam diximus/ cū titulo Ditis & Proſerpinæ. Mactat ille(quod

erat iuſſus) furuas cõtinuo uictimas/ & trinoctium ſacris frequẽ tat: tot eni numero filios media de morte receperat: ex eoq; Ma nius Valerius Tarẽtinus appellatus: quod a dis manibus i Ta rento liberum ſuorũ ualetudinem ipetrauiſſet. Ad hunc igit̃ mo dum quidam tradiderunt. At.n.M. Varro libro de ſcęnicis origi nibus primo/ Cum multa inquit portenta fierent/ & murus ac turris quæ ſunt inter portam collinam/ & exquilinã de cęlo tacta eſſent: & ideo libros ſibyllinos Quindecemuiri adiiſſent: renun tiauerunt/ uti Diti patri & Proſerpinæ/ ludi Tarentini/ in Campo Martio fierent/ tribus noctibus/ & hoſtię furuę imolarent̃. Hacte nus de origine. Sęculares autẽ/ nõ quia fierẽt anno/ uel centeſimo deniq;/ uel etiam centeſimo decimoq; nuncupari: quod utrũq; ſi cut aſſertores habet/ ita re ipſa penitus coarguitur. Sed ob id ma gis credi poteſt: quod plerumq; ſemel hominis ætate fierent: ut multa alia quæ rara ſunt/ poſt ſęculum euenire loquentiũ conſue tudo uſurpat. Tarentini aũt a loco ipſo qui Tarentus ob id uo cat̃/ aut quod ara ibi Ditis patris (quẽadmodũ ſupra diximus) ĩ terra ocultaret̃/ aut quod ripã Tiberis fluuius eo loco tereret/ ex quo ẽt Rumon dictus a ueteribus/ & in ſacris ſerra nominatus/ quod ruminaret/ hoc eſt exederet & ſecaret ripas. Vnde ait Maro Stringentem ripas/ & pinguia culta ſecantem.

Ceterũ de tẽporum iteruallis/ quibus iſti ludi referrent̃: fides in ambiguo eſt. Siquidẽ in carmine ſęculari Horatius undenos de cies ꝑ annos fieri declarat/ quod & cõmentarii. xv. uirorum/ & di ui Auguſti edicta/ & ipſius deniq; ſibyllæ/ quod adhuc extat ora culum/ cõfirmauerint. Contra uero cẽteſimũ redire poſt annum/ tam Valerius Antias/ q̃ Titus Liuius/ & itẽ. M. Varro teſtati phi bent̃. Quod.n. legimus apud Herodianũ trium ſpatio ætatũ ſo litos inſtaurari/ uereor ut emẽdata ſit ibi lectio/ noſtramq; ob id e gręco interpretationem: cum uenia legendam cenſeo. Nec aũt (ſi tempora dinumeres) aut quãta interualla retro fuerint/ aut quan ta eſſe debeant/ omnino colligas. Inſtituti autem primi ſęculares

ludi/poſt exactos reges a.P. Valerio Publicola/qui primus con
ſul fuit/exiſtimanẽ. Etenim laborãtibus peſtilẽtia ciuibus/apud
hanc ipſam quam diximus aram/ publice nũcupatis uotis/ atrũ
bouem Diti pro maribus/ concolorem ꝑ feminis iuuencam Pro
ſerpinę mactauit/ludoſq; & lectiſternia trinoctio fecit/& aram ter
ra ſicut ante fuerat/ exaggerata occuluit/ iſcriptam titulo iſto.P.
Valerius publicola frumentarium campum Diti & Proſerpinę cõ
ſecraui/& ludos Diti & Proſerpinę Romanorũ ſalutis ergo feci.
Secundos autem ſecundo & quinquageſimo poſt Romam cõdi
tam factos anno/ admonitu ſibyllinorum carminum/ tradit græce
Zoſimus/ miſſis occupata morbo ciuitate/lectis ad hoc uiris/ ꝗ
libros conſulerẽt: ex quorũ reſponſo/denuo regeſta humo apud
aram hanc ipſam/ i extremo Campi Martii/de more ſacra/& ludi
ꝑſoluti: reſtitutaq; Romanis/iterum eſt icolumitas. Cõſulem ue
ro ſcriptor hic/ unum dumtaxat exemplario fortaſſe mendo.M.
Publium Quintium nominauit/cum Cenſorinus.M.Valerium/
& Spurium Verginium conſuleſ ꝑdat. Idemq; tertios/& itẽ quar
tos/cõſulũ tẽporibus/ quos & nominatim citat/ auctoritatibus
Antiatis Valeri/T.Liui/Varronis/Piſonis/Gelli/& Eminę cõpro
bat/ factos etiãq; cõmentarios Quindecẽuirũ ſacris faciũdis/ in
teſtimonium aſciſcit. At.n.quoniam lubricus i propriis nomini
bus/& item i numerorum notis librariorum lapſus: uitiata iſta/
ni fallor/in Cenſorini cõmentario reperies. Ceterum diuus Augu
ſtus abolitos eos paulatim/(ſicuti quidam putant)atq; intermiſ
ſos inſtaurauit/magno ut Liuius ait/ apparatu.L.Cenſorino/&
.M.Manlio Puellio cõſulibus. Atteio aũt Capitone circũitũ ſpa
tiumq; ſubiciente/ritum uero ſacrorum libris indicantibus ſibyl
linis. Porro ſextos Claudius ſe conſule.iiii.&.L. Vitellio quaſi
anticipatos ab Auguſto/ nec legitimo tẽpori reſeruatos/quãuis
ipſe in hiſtoriis ſuis ꝑdidiſſe memorẽ: intermiſſos eos Auguſtũ
multo poſt diligẽtiſſime annorum ratione ſubducta/ i ordinem
redegiſſe/quare uox etiã irriſa pręconis traditur/inuitantis more

ſollemni ad ludos/quos nec ſpectauiſſet quiſquam/nec ſpectaturus eſſet cum ſupereſſent adhuc qui ſpectauerãt: & qdam hiſtrio num producti olim/tum quoq; producerentur: Eteni Stephanio nem/qui primus togatis ſaltare inſtituit/utriſque ſęcularibus lu dis/Auguſti uidelicet & Claudi/ſaltaſſe accepimus/qui. lxxxiii. non amplius anno ĩterfuere/ quamuis & poſtea ille diu uixerit. Septimos Domitianus ſe. xiiii. &. L. Minutio Rufo conſulibus/ computata ratione temporum ad annum nõ quo Claudius pro xime/ Sed quo olim Auguſtus ediderat: Deniq; in nomiſmatis uariis/apud Laurentium noſtrũ Medicem Stelographiam quoq; iſtam uidimus. LVD. SAEC. FEC. COS. XIIII. Ac de his Papiniũ ſentire ĩ ſiluula ad urbis præfectum gallicum/cui titulus Soteria/ iam tum noſtris auditoribus oſtendebamus/cum uolumen ipſũ ſcilicet abhinc nouennium/ publice interpretabamur. Verba ita ſunt.

Nec tantum induerint fatis noua ſæcula crimen.
Aut inſtaurati peccauerit ara Tarenti.

Quo loco Domitius noſter/quanquã de Tarenti ara: diſq; ipſis manibus meminit: nihil omnino tamẽ ſuper ſæcularibus iſtis ſu ſpicatur: Iam uero apud Martialem/ quam pene idem ſuæ littera turæ/ne dixerim ingenii quoq; obliuiſcitur. Quem ſcilicet & tũc & cum faſtos anno poſt enarrabamus: luculente ( ni fallor) coar guimus. Eſt autem Martialis epigramma de matrona/ quæ puto binis ludis Claudi ſcilicet Domitianiq; ĩterfuerat/ in eoq; etiam hic uerſiculus.

Bis mea Romano ſpectata eſt uita Tarento.

Quo loco parum cordatus homo hic/trigeſimo quoq; anno cele brari ſacra ad Tarentum dicit conſueſſe: quod nec aliquis etiam fando audiuerit. Quin idem illos ex quarto eiuſdẽ poetæ libro uerſiculos pertractans.

Hic colat ingenti redeuntia ſæcula luſtro.
Et quæ Romuleus ſacra Tarentus habet.

etiam poſteriorem diiungit a priore/& ut ĩ illo ſęculares ludos/
ita in hoc commenticia iſta tricenaria ſacra putat inſinuari. Facit
autem Tarenti huius etiam Varro i latinę linguę commentario/
etiamq; uel iterum in faſtis Ouidius mẽtionem. Sed redeo unde
digreſſus. Centeſimo decimoq; poſt Domitiani ludos anno/ in
ſtaurauit & eos imperator ille Septimius Seuerus/cuius etiã nũc
Romę pulcherrimus ſpectatur triũphalis arcus/ cum filiis Anto
nino & Geta/Chilone & Vibone conſulibus: Quos ludos & uĩ
diſſe ſe memorat Herodianus/& Dion ætate ſua factos memorię
prodidit. Poſt Seuerum negat inſtauratos Zoſimus: Quoniam
hic annorum cẽtum & decẽ pene receptus auctoritate ambitus/
in conſulatum Conſtantini chriſtiani principis tertium/ & Licinĩ
quem dein bello ipſe uicit incurriſſet. Nos tamen apud Euſebiũ
ĩ chronicis: & Eutropiũ in hiſtoriarũ libro nono legimus Philip
po ĩperante (quãquã primus fuiſſe chriſtianus imperator credit̃)
milleſimum annum Romanæ urbis ingenti ludorum apparatu/
& ſpectaculorum fuiſſe celebratum: beſtiaſq; in circo innumerabĩ
les ĩterfectas: & ludos ĩ Cãpo Martio theatrales tribus diebus/
ac noctibus populo peruigilãte concelebratos: quibus ludis ſæ
cularibus etiam dicitur Philippus Iunior/is qui nunquam riſiſſe
creditur: patrem Philippum ſeniorem petulantius cachinnantẽ/
uultu auerſato notauiſſe. Reſtat uti de ritu carpti paucula pſtrin
gamus. Inſtãtibus itaq; ludis/tota Italia pręcones miſſitabant̃/
conuocatum ad ludos/qui nec ſpectati/ nec ſpectandi iterum fo
rent. Tum ęſtatis tẽpore/paucis anteq̃ ſpectacula edebantur die
bus/Quindecẽuiri ſacris faciundis in Capitolio & Palatino tem
plo/ pro ſuggeſtu conſidẽtes/ piamina diuidebant populo/quę
erant: Teda: ſulfur: & bitumen/ nec tamẽ ad ea ſeruis quoq; accĩ
pienda ius ullum. Coibat autẽ populus/cum in quæ ſupra rettu
limus loca: tum præterea in Dianæ templum/quod erat in Auen
tino: & cuiq; triticum: faba: hordeũq; dari mos. Tum ad iſtar Ce
reris initiorũ peruigilia fiebãt. Vbi uero iam aduenit feſtus dies

triduum trinoctiumq; ſacris intenti/ ĩ ripa ipſa maxime Tiberis agitabant. Sacrificia uero Ioui: Iunoni: Apollini: Latonæ: Dianę: prętereaq; Parcis: & quas uocant Ilythyias: tum Cereri: & Diti: & Proſerpinæ ſuſcipiebantur. Igitur ſecunda primæ noctis hora/ prĩ ceps ipſe tribus aris ad ripam fluminis extructis/ totidẽ agnos/ & una Quindecemuiri imolabant/ & ſanguine imbutis aris/ ceſa uictimarum corpora concremabant. Conſtructa aũt ſcęna in thea tri morem/ lumina & ignes accendi/ & hymnos concini/ ad hunc uſum tum maxime compoſitos/ & item ſpectacula edi ſollemni ter ſolita: data celebrantibus hæc mercede/ tritico: faba: hordeo: quæ ſupra inter uniuerſum populum diuidi oſtendimus. Mane uero capitolium aſcendere/ ſacra ibi de more agitare/ tum in thea trum conuenire/ ad ludos ĩ honorem Apollinis & Dianę faciun dos/ conſueuerunt: ſequenti die nobiles matronæ/ qua hora præ cipitur ab oraculo/ couenire in Capitolium/ Supplicare deo/ fre quentare lectiſternia/ canere hymnos ex ritu/ mos habebat: Ter tio deniq; die in templo Apollinis Palatini ter noueni pueri prę textati/ totidemq; uirgines/ patrimi omnes/ matrimiq; græca Ro manaq; uoce carmina & Pęanas concinebant/ quibus imperium ſuum & incolumitatem populi/ dis immortalibus cõmendabãt. Quod ſiquis fortaſſe quæſierit/ quod genus tũc aut ludorum fie ret/ aut ſacrificiorũ/ ſciat & ludos celebrari omnibus theatris atq; omne genus/ & ſacrificia templis omnibus conſueſſe/ noctu pari ter atq; interdiu: Nam de ſcęnicis & circenſibus minime dubitatr̃. Cum Domitiani ludis hiſtriones interfuiſſe meminerimus/ præ tereaq; circenſium die/ quo facilius centum miſſus peragerentur/ ſingulos a ſeptenis ſpatiis ad quina legerimus correptos. Illud utique in Auguſto memorabile: qui ludis iſtis iuuenes utriuſq; ſexus prohibuit/ ullum nocturnum ſpectaculum frequẽtare/ niſĩ cum aliquo maiore natu propinquorum. Enimuero his prout in mentem de ſubito uenerunt expoſitis/ iam nec ille uatis Auſonĩ uerſiculus ambiguus relinquetur.

Trina Tarentino celebrata trinoctia ludo:
Iã nec obſcura apud Horatiũ ratio extiterit:cur Parcaſ Ilithyian Dianamq; ex Auentino: cur & puerorũ uota/ & Quindecẽuiros memorauerit/ & itẽ ſibyllinos uerſus/qui nũcquoq; apud eundẽ Zoſimũ uetuſtiſſimis qdẽ codicibus citra ulla faſtigia/ qualeſq; de induſtria ſubiecimus inueniuntur.

αλλοποταν μηκιστοσ ικηι χρονοσ ανθρωποισι
ζωησ εισ ετεων εκατον δεκα κυκλον οδευων
μεμνησθαι ρωμαιε και ειμαλα λησεαι αυτου
μεμνησθαι ταδε παντα θεοισι μεν αθανατοισι
ρεζειν εν πεδιωι παρα θυμβριδοσ απλετον υδωρ
οππη στεινοτατον νυξ ηνικα γαιαν επελθηι
ηελιου κρυψαντοσ εον φαοσ ενθασε ρεζειν
ιερα παντογονοισ μοιραισ αρνασ τε και αιγασ
κυανεασ επι ταισ δειλειθυειασ αρεσασθαι
παιδοτοκουσ θυεεσσιν οπη θεμισ ἀυθιδεγαιηι
πληθομενηι χοιροσ συσ θιερευοιτο μελαινα
πανλευκοι ταυροι δε διοσπαραβωμον αγεσθων
ηματιμηδεπι νυκτι θεοισιγαρ ουρανιοισιν
ημεριοσπέλεται θυεων τροποσ ωσδεκαι αυτοσ
ιερευειν δαμαλισ δε βοων δεμασ αγλαον ηρησ
δεξασθω νηοσ παρασευ και φοιβοσ απολλων
οστεκαι ηελιοσ κικλησκεται ισα δεδεχθω
θυματα λητοιδησ αιδομενοιτε λατινοι
παιανεσ κουροισ κουραισιτε νηον εχοιεν
αθανατων χωρισδεκοραι χορον αυται εχοιεν
καιχωρισ παιδων αρσην σταχυσ αλλαγονηων
παντων ζωοντων οισ αμφιθαλησ ετι φυτλη
αιδεγαμου ζευγλαισ δεδμημεναι ηματι κεινωι
γνυξ ηρησ παρα βωμον αοιδιμον εδριοωσαι
δαιμονα λισσεσθωσαν απασιδε λυματα δουναι
ανδρασιν ηδε γυναιξι μαλισταδεθηλυτερησιν
παντεσ δεξοικοιο φερεσθων οσσα κομιζειν

εστι θεμισ θνητοισιν απαρχομενοισ βιοτοιο
δαιμοσι μειλιχιοισιν ιλασματα καί μακαρεσσιν
ουρανιδαισ ταδε παντα τεθησαυρισμενα κεισθω
οφρατε θηλυτερηισι και ανδρασιν ιδρυοωσιν
ενθεν πορσυνηισ μεμνημενοσ ημασιδεστω
νυξιτεπασσυτερηισι θεοπρεπτουσ κατα θωκουσ
παμπληθησ αγυρισ σπουδητε γελωτι μεμιχθω
ταυτα τοι ενφρεσιν ηισιν αει μεμνημενοσ ειναι
και σοι πασα χθὼν ιταλη καί πασα λατινη
αιεν υπο σκηπτροισιν επαυχενιον ζυγον εξει.

Cur ãt nõ & latinos eos tẽptemus reddere: ſi nõ elegãter utpote extẽporales/ ex fide tamẽ: ſeruato ẽt q̃tũ liceat/ ĩcomptæ illius/ ſed uenerãdę uetuſtatis colore nonnullo/ aut ſqualore potius. Igit̃ ita q uoler eos/ rogatis illis adhuc q̃dẽ ruſticanis adſcribat.

Aſt ubi iam humanæ longiſſima tempora uitæ
Orbis agens annos referet centumq; decemq;/
Sis Romane memor: (licet alta obliuia temptent)
Sis memor: ut qua ſe nimium Tiberina coartat
Ripa/ feras dis in campo ſollemnia ſacra
Cum nox atra premit terras/ tectuſq; latet ſol:
Agnę/ caprigenumq; pecus genitalibus parcis/
Hoſtia furua utręq; cadãt/ tum numina placa
Lęta puerperiis (quod fas fuat) Ilythyias
Terra ſuem ferat/ & ſcropham ſibi fertilis atram/
Sed Iouis ante aram candenti corpore tauros
Luce imola: nam lux ſuperis gratiſſima diuis.
Iunonis templum nitida ceruice iuuenca
Imbuat: atq; itidem Phoebus placetur Apollo/
Quem uocitant etiam ſolem: latoa propago
Pæanas puerię canant/ pueræq; latinorum
In templo/ Sed enim pueri pueræq; ſeorſum
Concelebranto choros. Verum hæc ſit patrima proles/
Matrimaq;: at nuptæ genibus Iunonis ad aram

Oranto innisæ:diuamq; in uota uocanto
Februa quin etiam uir quisq; & femina/quanq̄
Femina præcipue/accipito.dehinc ędibus omnes
Primitias uitæ placidis placamina diuis
(Qua fas eſt) & cęlitibus portanto beatis
Ante domi tamen illa memor tibi habeto repoſta/
Quæ dare mox uſu liceat poſcente/uiriſq;
Femineoq; gregi:tum digna ſedilia diuis
Perq; dies iuxta & noctes multeſima turba
Complento:& lepidis miſcento ſeria ludis
Quæ tibi ſi ſtabili ſint omnia condita mente/
Cuncta tuo italiæ tellus/cunctiq; latini
Subdent colla iugo/& uictoris ſceptra timebunt.

Caput lix.

Non Vergiliū. ſed Ouidiū uideri Priapei carminis auctorē. Tū uerſiculū illū/q ſit apud Martialē:Ride ſi ſapis o puella ride:Naſonis eſſe ꝓculdubio:ſed ex epigrammatis potius/q̄ aut ex artibus/aut ex tragoedia Medea/uideri citatū: moxq; nouū qppiā & mirum de Medea Naſonis adſcriptū.

q Vę Priapeia uocanť epigrāmāta/Vergilio/ pleriq; tribuūt/inter quos ēt eſt arbitror Seruius. Ceterū ego in Senecę libris illis/q iā diu delituerāt/nup i lucē q̄q̄ nō admodū ſinceri ꝓdiere qbuſq; oratorū/& rhetorū ſentētias/diuiſiones/colores ſuaſoriarū cōplectiť(niſi forte mēdoſū credamus quod habeť exēplar unicū)ſubditicia eſſe nec Vergili/ſed Ouidi depręhēdo.Siqdē illius ī uolumine ſecūdo uerba ita ſūt. Hoc genus ſēſus memini quēdā prętoriū dicere:cū declamaret cōtrouerſiā de illa/quę egit cū uiro male tractationis:quod uirgo eſſet/& dānata.Poſtea petiit ſacerdotiū.Nouimus īqt iſtā maritorū abſtinētiā:q ēt ſi primā uirginibus timidis remiſere noctē/uicinis tamē locis ludūt.Audiebat illū Scaurus/nō tātū diſertiſſimus homo/ſed uenuſtiſſimus:q nullius unq̄ īpunitā ſtultitiā trāſire paſſus ē: Stati Ouidianū illud.

Dum timet alterius uulnus inepta loci.

Et ille excidit: nec ultra dixit. Huc uſq; Seneca. Nouimus aũt hũc eſſe uerſiculũ ĩ priapeio epigrãmate: cuius pricipiũ ẽ.

Obſcure poteram tibi dicere.

Sed & ſtilus ipſe (ni fallor) & ꝓrſus Ouidiana quępiã in eis uerſibus germana laſciuia. Quatenus ãt ſit huic auctoritati fidẽdũ, legentiũ ſit iudiciũ. Nos ut nõ ꝑ uano ſcripſimus hoc: ita nec ꝑ confeſſo. Certe ſic Ouidio cõuenit etiã ĩ ceteris oſceniori: ſic Vergiliũ cõtra dedecet, a uirginea quoq; uerecũdia Partheniã uocatũ, titulus iſtius opis, ut q̃libet iniurato teſti & ſuſpecto, pudeat tamẽ profecto nõ credere. Sane illud in cõfeſſo, ſcripſiſſe epigrammata quoq; alia Naſonẽ, de q̄s uerſiculũ citat hũc Priſcianus.

Larte ferox ceſo Coſſus opima tulit.

Et apud eundem ludentem legerat ſane Quintilianus iſtud.

Cur ego non dicam furia te furiam?

Nec alibi certe crediderim, q̃ fuiſſe in epigrammatis, quem citat hendecaſyllabum phaletium Martialis,

Ride ſi ſapis o puella ride.

Nam quod præceptum reſpicit aliquod ex artibus Domitius, id utique uel auctoritate refutatur Marciani Capellę, qui uidelicet in ſatura pro uerſiculo Naſonis eum: non pro Martialis agnoſcit. Audiui etiam, qui crederent de tragoedia eſſe Medea, quam Tacitus, quã laudat Quitilianuſ, & quã fuiſſe (quod miror) pene Vergilianis cõſutã uerſibus auctor Tertullianus ẽ: & nos in Nutrice ſignificauimus! Sed hoc mihi nõ fit ueriſimile. Quis .n. uel ĩ græca uſpiã, uel ĩ tragoedia latina phaletios legit, aut q̄d omnĩno tragicum ſapit, hic uerſiculus: a tetrica illa grauitate reſiliẽs penitus atq; abhorrẽs. An uero nõ & Marcianus ipſe negat ꝓpemodũ clare de tragoedia hũc eſſe, ſi uerba modo ipſius fideliter recitata, diligẽter quoq; expẽdãr̃. An nõ ille ſaturã ſuã, quod auſtera & cẽſoria: quodq; nimiũ tragici ſupcilii, luſus caſtigauerat, quaſi repcutiẽs, & ad frõtẽ (quod dicir̃) exporrigẽdã ĩuitãs: Peligni ĩq̄t de cetero iuuenis uerſiculo reſipiſce: & (ni tragicũ corrugaris)

Ride(ſi ſapis) o puella ride.

Ni tragicum inquit corrugaris. ideſt niſi frontem caperas tragica ſeueritudine. Quod ſignificat rugarum triſtitia/ & ſqualore aſperas. Igit̃ ſi de tragoedia ſit ipſa uerſiculus/ quo reuocare uno maxime ſaturam ſuam poeta hic/ab auſteritate illa tragica molitur! ſane iocus hic (ut arbitror) Frigidus hibernas cana niue cõſpuet alpes. Iam ſiquis de ſinceritate/lectionis iſtius ambigat: libros uelim Marciani uetuſtiſſimos inſpiciat/ e publica Medicæ gentis florentina bibliotheca/ ſic enim profecto fidem noſtram credo ſua diligentia adiuuabit.

## Caput lx.

Agon uerbum: quo Victimarius uti ſolitus: de quo etiam in faſtis Ouidius.

O Vidius in primo faſtorum

Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa miniſter.
Hoſtia cęlitibus quo feriente cadat.
Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros
Semper agat/ ne rogat: nec niſi iuſſus agit.

De hoc mactandæ uictimę ritu/ deq; itẽ uerbo/ quo ſacerdotis miniſter uteret̃: apud unũ dũtaxat Senecã ĩ libro eodẽ oratorũ/ rhetorũq; tertio/ factã repio mẽtionẽ p hæc uerba. Deinde cũ ſcholaſticorũ ſũmo fragore: & tu qſqs es carnifex/ cũ ſtrictã ſubſtuleris ſecurim/ anteq̃ ferias/ patrem reſpice. Belle deridebat hęc Aſinius Pollio. Filius inqt ceruicẽ porrigat. Carnifex manũ porrigat/ deinde reſpiciat ad patrẽ: & dicat Agon? Quod fieri ſolet uictimis! Sed ioco quoq; remoto/ aiebat rẽ ueriſſimã/ nõ poſſe carnificẽ uenire/ niſi eo tempore/ quo iã exorari pater/ nõ poſſet. Hęc Seneca: Quo colligitur/ uerbum quo uictimarius id ẽtidẽ utebat̃ Agon fuiſſe/ hoc eſt ago ne. Quare belle Ouidius.

Semper agat/ ne rogat/ nec niſi iuſſus agit.

Caput lxi.

Erratum in codicibus Plinianis/ſuper cicuta/uinoq;: quodq; mẽdoſe apud Macrobium Aconitum pro Conio:

u Erba ex epiſtola Androcidis ad Alexandrum magnũ: clari ſapientia uiri uitioſe poſita ĩ Plinianis his codicibus reperiunt̃ hoc modo. Vinum potaturus rex/memẽto te bibere ſanguinẽ terræ. Sicuti uenenũ eſt homini Cicuta: ita/& uinum: Leuis ꝑfecto ſentẽtia/nimiſq; uiolẽta/ & coacta: addo etiã inſipida/falſaq;/ Vinum eſſe homini uenenũ/ſicuti cicutã. Sed.n. in uetuſtiſſĩmo illo Medicæ familiæ Pliniano codice/ citato a nobis iã ſæpe/ ſic inuenias. Cicuta homini uenenũ eſt/cicutæ uinũ. Nam ut hominẽ cicuta: ſic cicutæ uirus meri potus extinguit. Ex eoq; pſuadere Alexãdro nitit̃ Androcides/ ut tanq̃ re potẽtiſſima parcius utat̃ uino: quod ueneni/uenenũ ſit. Vnde/ nõ diſpari ſenſu terræ eſſe ſanguinẽ docuerat. Quo circa de uerbis eius ita Plinius concludit/Neq; uiribus corporis utilius aliud/neq; uoluptatibus ꝑnitioſius/ſi modus abſit. Conſimiliter etiã idem ĩ libro qnto/& uigeſimo de cicuta narrãs ut homini exitioſa: Remedium eſt ait prius q̃ ꝑueniat ad uitalia uini natura excalfactoria. Quod idẽ Dioſcorides ꝓdidit. Diuus igit̃ Ambroſius in libro/ quẽ de utĩlitate ieiunii cõpoſuit: Etiã inqt maior uis uini/q̃ ueneni. Deniq; uenenum uino excludit̃/non uinum ueneno. Sed & Plutarchus in Sympoſiacis libris: eadem ferme quę Plinius de Cicuta. Tum eum locũ: ſicutiq; alios ꝑmultos/ꝓpe aduerbũ conatus exprimere eſt ĩ Saturnalibus Macrobius. Quanq̃ in omnibus quos quĩdem hactenus uiderim Macrobianos codices/ Aconitũ pro cicuta/repitur: ſicut in uetuſtiſſimo etiam Bernardi Micheloctii bene litterati hominis/& amici nobis/Sed.n. opinor mendum eſſe id exẽplarium: nec.n. mihi/tam fuiſſe ineruditum Macrobiũ pſuaſerim: ut quod eſſet grece Conion/ ipſe Aconitum uerterit. Libentius crediderim/ grẽco uſum uocabulo/ſicuti quoq; Ambroſius

in Hexahemero Coniũ dixit: quod ex Baſiliano paris argumen ti libro & tituli/ cicutam Rufinus trãſtulit. Lubricus autem ſane lapſus/ ĩ Aconitum de conio.

## Caput lxii.

### Qui ſint Arietini teſticuli: qui digitus medicus/ apud Tullium.

C Icero ad Herẽniũ libro tertio/ de memoriæ artificio tractãs/ ita imaginem quãdam inſtruit. Et reum inqt ad lectũ eius ſtatuemus: dextra poculum: ſiniſtra tabulas: medico teſticulos arietinos tenentẽ. Quo loco uideo heſitare litteratores quoſpiã etiam haud extremę ſortis: quid ſit quod legimus: medico teſti culos arietinos tenentẽ: Medicus autẽ unus e digitis quinq; uo catur/ hoc eſt ut arbitror/ minimo ꝓximus. Porphyrio.n.ſuꝑ Ho ratianũ illud ex ultimo ſermone.

Qui ſiquid forte lateret/
Indice moſtraret digito.

Sic ait: Hoc ideo quia certis nominibus ſinguli digiti appellabã tur: & ſũt hæc nomina. Pollex. Index. Famoſus. Medicus. Mini mus. Quidam uero e græcis credo iunioribus nomina digitorũ ρωμαιστι ſic eſſe ſcribit. ἀντίχειρ. Δεικτικὸσ. ἰατρὸσ. Δακτυλιώ τησ. ὠτίτησ. ut ſi dicas. Pollex. Index. Medicus. Anularis. Auri cularis. Quod eqdem nec affirmo: nec refello. Tantũ notãdum/ Medicũ ab eo dictũ/ qui ſit medius aut famoſus: nõ qui minimo ꝓximus. Apud ipſos aũt legunt̃ hęc nomina. ἀντίχειρ. λιχανὸσ. σφάκελοσ. ἐϖιβάτησ. μύωψ. De teſticulis autem arietinis legis in uocabulo Scortes in Feſti compendio/ ſic. Scortes ideſt pelles teſtium arietinorum/ ab eiſdem pellibus dicti. Tantum apud Feſtum. Sed.n. Pedianus/ Sportas/ ſportulas/ ſportellas/ nummũ eſſe ait receptacula: & ſaccos/ ſacculos/ ſacellos/ & crumenas/ & uelleas/ & ſcorteas/ & manticas/ & marſippia. Vt nihil ſit dubiũ quin e digito eo/ qui ſit minimo ꝓximus ſuſpenſas haberi uelit

Scorteas/hoc eſt e teſtibus arietinis pelliceas crumenas.

## Caput lxiii.

Aliter citari a Varrone Terenti uerba: q̃ aut in exemplaribus habeatur/aut Donatus agnouerit.

m Arcus Varro in libris de lingua latina ſic ait: Apud Terentium ſcortatur/potat/olet/unguēta demeo. Scortari eſt ſæpius meretriculam ducere. Sic ille/ ac deinceps alia in eam ſententiam. Ceterū Terentiani omnes adunū codices/ non ſcortaẽ habent/ut Varro legit/ſed obſonat. Locus autē in adelphis eſt: obſonat/potat/olet/unguēta demeo. Quā lectionē etiam Donatus agnoſcit. Quid hic igiẽ dicemus? mendum ne eſſe in Terētianis oibus codicibus/an (quod uix credere auſim ) memoriola uacillaſſe Varronem quoq; ipſum πολυγραφότατον a Cicerone appellatum/ſicuti eundē Ciceronē Gellius depræhendit? Vt fateamur etiā/ maximis quibuſq; ingeniis/officere incuriam nōnunq̃/ prodeſſe uſquequaq; diligentiā.

## Caput lxiiii.

Declarati uẽſus Auſoni: ſed & Ouidi ſup Choliābo aut Scazōte.

a Vſoni poetæ ſunt trimetri uerſus ita.

Cui ſubiugabo de molarum ambagibus:
Qui machinali ſaxa uoluunt pondere
Tripedes Caballos/terga ruptos uerbere.

Quid hic eū ſignificare opinemur? Nēpe ut arbitror uerſus illos: qui Choliambi uel ſcazōtes appellātur: ut ſi dixeris claudicātes: Quales apud Perſium in principio: Qualis ille itē Martialis/ ab ipſo nominatim citatus:

Apollinarem conueni meum Scazon.

Eſt.n.Scazon trimeter iambicus/ ſenis & ipſe conſtans pedibus:

ſicuti rectus iābicus! ~~Sed~~ hoc uno diſpar/ut ēt ſcribit Hepheſtiō/ quod rectus poſtremā ſedem/iambo/pyrrhichio ue occupat! ~~Sed~~ in antepenultima/cūctos accipit pedes: quorū modo id metrum ſit capax circa ſyllabarū quātitates indifferens! Sed claudus hic iambicus clauſulam poſtulat ſpondiacā: uel trochaicam ꝑrſus. Penultimū autē pedem/nō diſſyllabum modo! ſed iambū plane/ uel ſpondeū. Quod uero ait Hepheſtion: Spondeum recipi ſede quinta choliambi/ nunq̄ equidē apud latinos inuenire me cōmemini! ~~Sed~~ ipſe uerſiculū hunc adducit græcum.

ἐπἄκρον ἕλκων ὥσϖερ ἄλλαντα ψύχων

Et Quītilianus Ariſtides græcus auctor ī libro de muſica ſup Iābico loquens trimetro: Claudum fieri ait quando ī extremo ſpōdeum recipit. Deniq; Ouidius quoq; in priore libro de amorum remediis de utroq; iambo ſic ſcribit.

Liber in aduerſos hoſtes ſtringatur iambus/
Seu celer extremum/ſeu trahit ille pedem.

Sunt aūt utriq; ad maledicentiam/libertatēq; facti: truces/ & cruēti. Quare ob id ſtringendos etiā ait Ouidius ī aduerſos hoſtes. Dionyſius item halicarnaſſeus in libro de interpretatione: uehemēs aut acre metrū eſſe Choliābos ait. Idēq; mox Hipponacten/ cum laceſſere conuiciis inimicos uellet/infregiſſe ait de induſtria metrum/ac pro recto claudum feciſſe & abnumerum/ hoc eſt acrimonię cōſentaneum/cōuicioq;. Nam ſicuti diſſoluta figura parat acrimoniam: ſic(ut ille inquit) diſſoluta cōpoſitio: Quare Caballos utiq; Choliābos eos/ Auſonius nominat/ quorū tralationē duxerat ab eſſedo: & uehiculo: cui caballi adiunguntur: & ut tardos oſtēderet/de molarū ambagibus captos dicit. Pręterea q; terga ruptos uerbere/tū eoſdē tripedes uocauit/quia gręce trimetri: quāuis ſenos habeant pedes: nam bini quiq; pro ſingulis uidentur in iābicis capi/ Qui machinali ſaxa uoluāt pondere: ꝓpterea dixit/ uelut molas deſcriberet/quas uerſare ipſos īdicauerat: uel ut eos uiolētos/feroceſq; oſtēderet allegoricos: quaſi q̄ lapides

ingentes torquent & uoluunt ĩ hoſtem. De trimetro item utroq;
ſic idem Auſonius alibi gręco uerſiculo.

εἰλιπόδην σκάζοντα καὶ οὐ σκάζοντα τρίμετρον

Quod latine ſic uertas.

Loripedem ſcazonta/ & non ſcazonta trimetrum.

De ſcazontibus eiſdem ſic ĩ epiſtola quapiã ex libro qnto apud iuniorem Plinium: Proĩde aut rumpe moras/ aut caue/ ne eoſdẽ iſtos libellos/ quos tibi hendecaſyllabi noſtri blanditiis elicere non potuerunt/ conuicio ſcazontes extorqueant.

Caput lxv.

Qui ſit habitus in ſtatuis pacificator: deq; eo ſentire Statium in prima Silua.

ſ Tatius in Siluula prima: quæ in equũ maximũ ſcripta eſt:
Iuuat ora tueri
Mixta notis belli/ placidãq; gerentia pacem.

Tum idem.

Dextra uetat pugnas.

Quem locum Domitius ſic enarrat. Dextra uetat pugnas hoc ẽ inermis eſt in ſtatua/ uel ad dextrã eſt templum Pacis/ quod nõ placet iqt. Ceterũ ſicui placet hic ſenſus. Dextra uetari pugnas/ quia ſit inermis/ aut item quod de tẽplo ipſo tradiť Pacis: quãq̃ nec auctori quidẽ placet ſuo: feram non moleſte ſcilicet huic ſen tentiã meam nõ probari. Nam ego notari habitum puto: qui pa cificator in ſtatuis diceretur. De quo ita legimus apud Quĩtilia num. Fit & ille habitus/ qui eſſe ĩ ſtatuis pacificator ſolet: qui in clinato in humerum dextrum capite/ brachioq; ab aure protẽſo/ manum infeſto pollice protendit: qui quidẽ maxime placet iis/ qui ſe dicere/ ſublata manu iactant. Hactenus Quintilianus. Ex tat ãt adhuc pacificatore habitu (ni fallor) ſtatua illa Romę: quę pro ęde Lateranenſi inter prima urbis ſpectacula cõuiſitur.

Caput lxvi.

Locus ĩ Plauti Muſtelaria/ & itẽ alter ĩ Milite/ uindicati a uitio.

i N muſtelaria Plauti: locus eſt mẽdoſe ſcriptus/ pleriſq; co
dicibus: ad hũc ſane modũ. Viden ornamẽta in foribus: ui
deo. Specta qua arte dormiunt. Dormiũt. Ille quidẽ ut conuenit
uolui dicere/ Sed cum de his/ neq; ſenſus eliciat̃ ullus: & feſtiuũ
Plauti dictũ/ uitio librariorum pereat: faciã (ut arbitror) operępre
tium/ ſi ſcripturam ĩcolumem de Plautino codice citato a nobis
iterum repoſuero. Eſt aũt prorſus hæc. Viden coagmenta in fori
bus. Video: Specta quã arte dormiunt. Dormiũt? Illud quidem
ut conniuent uolui dicere. Nam quia conniuere dicunt̃ qui dor
mitant: ut apud Cinnam lectus eſt uerſiculus:

Iam grauis ingenti conniuere pupula ſomno:

Propterea cum in foribus iuncturas eſſe minime laxas/ id enim
coagmenta ſunt Tranio ſeruus oſtenderet: dormire eas ridicule
prius/ dein etiam conniuere: iocularitet dicit ex oculis dormitã
tium ducta metaphora. Similiter corrigendum puto locum alte
rum ex Plautino milite: qui ſic uitioſe legit̃. Mirus oleo uictita
re te tam uili tritico. Quid iam? quia luſcioſus. Verbero edepol
tu qdem cęcus/ nõ luſcioſus. Nam cum nullus hinc elici ſenſus
queat: legendũ arbitror ſic. Miruſt lolio uictitare te/ tam uili triti
co. Siquidẽ hoc ubiq; idem apud Plautũ miruſt: pro mirumeſt re
peries. Atq lolio uitiari oculos etiã ait Ouidius faſtorũ primo.

Et careant loliis oculos uitiantibus agri.

Notat id Fulgentius quoq; non contẽnendus grãmaticus. Qua
re cũ Sceledrus ſeruus luſcioſum/ uitiatiſq; oculis cõſeruum Pa
lęſtrionem uelit ſignificare/ mirum eſſe ait uictitare eum lolio: cũ
ſit ipſum triticũ tam uile: lolio autẽ uictitare eum colligere ſe uel
inde affirmat illudens: quod ſit luſcioſus. Luſcioſi porro ſeu lu
ſcicii: qui uitium hoc habent oculorum ut clarius ueſperi q̃ meri
die cernant.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

Caput lxvii.

Cornicem uideri apud ueteres cōcordiæ ſymbolū: nō ut omnes apud Iuuenalem exiſtimant Ciconiam.

p Ro comperto iam habetur: Ciconiam deniq; eſſe: qua con cordiæ repręſentaret̃ apud priſcos effigies: atq; ita uerſicu lum Iuuenalis omnes interpretant̃

Quæq; ſalutato crepitat Concordia nido.

De eo tamē nullum omnino afferūt teſtimoniū: quod auctorita tis adminiculo ſuſtentet̃. Ego Cornicē magis accipio/ductus Hę liani gręci ſcriptoris teſtimonio: qui libro de animalibus tertio/ de hac aui: ſic ꝓpemodū ſcribit. Cornices inqt inter ſe fidiſſimæ ſunt: & cū ſocietatē coierint/maximo ſe opere diligūt. Neq; id ge nus animalia uideat quiſpiam: licenter miſceri/& temere. Quin hoc quoq; dictitant: qui res iſtiuſmodi callēt: altera extincta: cō parem uiduā degere. Ceterum id quoq; audio/ ueteres ī nuptiis poſt Hymenęum Cornicē inuocare: ſignūq; id cōcordiæ dare iis conſueſſe: qui liberū quęrēdorū gratia conueniſſent. Tum qui ſe des auiū & uolatus obſeruāt inauſpicatū eſſe captantibus augu ria dicunt: unius tantum Cornicis obſequium. Sic ille. Sed et in nomiſmatis aureis duobus: Fauſtinæ Auguſtæ/manifeſtā ꝓrſus imagunculam/nuper mihi Laurentius Medices oſtēdit cum titu lo ipſo concordiæ.

Caput lxviii.

Verſus ex Callimacho ſuper crinibus reginæ Berenices: atq; inde mendum ex Catulli exemptum uerſiculo.

e Legiam Callimachi de crinibus Berenices inter ſidera re ceptis mira elegantia uertit in latinam linguam/ nobilis poeta Catullus/ q̃uis pleraq; ſint ī ea corrupta/mēdoſaq;/& teme re ſcripta librariorum inſcitia. Sed argumentū ipſius partim apud

Hyginiũ latinũ auctorẽ/ partim ẽt apud Theonẽ/neq; nõ Achillẽ quoq; græcos Arati enarratores iuenias: græca ſane ipſa Callima chi elegia/nõ extat ad nos/q̃tũ cõpereri! Sed ętate itercidit. Apud Theonẽ tamẽ Arati eiuſdẽ interpretẽ pricipiũ illius tale repetio.

ἠ με κόνων ἔβλεψενὲν ἠέρι τὸν βερενίκης
βόστρυχον. ἣ κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς.

Prætereaq; ĩ commẽtariis ſup Apolloniũ Rhodiũ ex Lucilio Tar thęo/Sophocleo/ac Theone collectis/ubi de chalybibus agitur li bro ſecũdo/ſic adeo eſt inuenire. μέμνηται ἀυτῶν καὶ καλλίμα χος χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος τηλόθεν ἀντέλλοντα κακὸν φυτὸν οἱ μιν ἔφηναν. Ex quo uerſiculũ ſic illũ legẽdũ qs dubitet? Iuppiter ut Chalybon omne genus pereat: Vt ſit Chalybõ gręce dictũ. Atq; hoc inſcite legũt qdã Telorũ: Vulgatiſſimi codices cę litũ retinẽt cõtra ẽt metri rationẽ. Sed hãc ſcio noſtrã obſeruatio nẽ iã pridẽ eſſe ꝓuulgatã: quã tamẽ a nobis ortã/ uel ille ipſe ſcit q uulgauit/libẽterq; ẽt fateť uir doctiſſimus undecũq; Picus.

Caput lxix.

Oarion ſinceriter eſſe apud Catullũ: quod Aorion iſti legũt: qui bonos uiolãt libros.

N elegia eadẽ Catulli ex Callimacho: Oariõ legiť ꝑ eo quod ſit Oriõ. Quã quoniã itegrã adhuc iuiolatãq; dictionẽ nõnul li temere attẽtare iã incipiũt: cõtra hãc ſiniſtrã ĩpitorũ audaciã ſtã dũ mihi eſt/oĩ (quod aiũt) pede: uel Callimachi eiuſdẽ auctorita te/q ſic ĩ hymno ipſo ĩ Dianã/ ẽt nũc extãre ait. οὐδὲ γὰρ ὦτος οὐδὲ μὲν ὠαρίων ἀγαθὸν γάμον ἐμνήστευσαν.
Sed & Nicander Theriacon libro conſimiliter.
βοιωτῷ τεύχουσα κακὸν μόρον ὠαρίωνι. Et Pindarus ĩ Iſthmiis οὐ γὰρ φύσιν ὠαριώνειαν ἔλαχεν. Et alibi. ὀρειᾶν πελειάδων μὴ τηλόθι ὀαρίωνα νεῖσθαι: Quare putat Euſtathius q̃nto ĩ odyſſeã cõmẽtario παρὰ τὸ ὀαρίζειν appellatum. Nõ igitur Aorion! ſed Oarion uera lectio.

Caput lxx.

Cuius in Bruti nomiſmate ſymbolum ſint pileus & pugiones.

ſ Iquis nomiſma Bruti reperiat ipſius celatũ imagine: præte reaq; pileo/& duobus pugiunculis/ne diutius ĩ explican da ratione/cauſaq; laboret: legat hiſtoriarũ Dionis librum.xlvii. Nam ex his inqt Brutus ſignificabat: ab ſe/ & Caſſio patriã libe ratam. Sed.n.pileum geſtari ab his ſolitum: qui libertatẽ nacti/ uulgatius/manifeſtiuſq;/q̃ ut ſit auctoritatibus confirmandũ.

Caput lxxi.

Quæpiam uulgo legi adhuc apud Maronem cõtra regulam con traq; rationem metri.

p Vdet referre: q̃ manifeſtum: ſed nõ dũ tamẽ a quoq̃ (quod ſciã) niſi nobis indicibus animaduerſũ mẽdũ Vergilianis codicibus inoleuerit libro Aeneidos octauo.

Quod fieri ferro/liquido ue poteſtur electro.

Ceterũ ĩ uolumĩe illo: quod ẽ in ĩtima Vaticana bibliotheca/mire uetuſtũ/& grãdibus characteribuſ pſcriptũ: nõ poteſtur offẽdaſ/ ſed poteſt uſitatiuſ uerbũ: Quę ẽt uerior eſſe lectio/uel ĩde pbař: quod electrũ/ ubiq; prima ſyllaba lõga/ tam apud gręcos poniř/ q̃ apud noſtros. Neq; qdq̃ ĩterpretes ſup uerbo poteſtur alioqui nouo/inuſitatoq; loquunř. Haud tamen pręterit me/ueteres hoc quoq; ptuliſſe/ſicut Pacuuiũ ĩ Chryſe: ſicut ẽt Lucretiũ: queadmo dũ & poterař lectũ a Nonio Marcello eſt in Cęcilianis ãnalibus. Sed & alter locus itidẽ uitio cõſimili laborat/ apud eũdẽ poetã.

Scęptra Palatini/ſedemq; petiuit Euandri.

Cum ĩ uolumine eodẽ nõ petiuit triſyllabũ/ ſed petit diſſyllabũ ſcriptũ ĩueniař. Quod & metri uis cogit: alioq prima ſyllaba Euã dri/cõtra oẽm uel rationẽ/uel cõſuetudinẽ/breuis foret. Eſt uero in utroq; uerſu ſpõdeus qnta ſede. In uerbo aũt petit ſyllaba ipſa poſterior/uel qa ſit ĩ fine/ uel qa coaluerit una ex duabus/iure p ducta ẽ. Marcianus autẽ Capella ſyllabã docet ubiq; eſſe cõmunẽ quæ deſinat in/T/litterã/ſicut in illo cernimus Vergili.

Nam tibi Thymbre caput Euandrius abſtulit enſis.

Caput lxxii.

De philyra & lemniſcatis coronis.

P Hilyra quid ſit/uideo neſciri a pleriſq;/peruerſeq; etiã a nõ nullis interpretibus accipi. Nã uocabulo eo ſic utiť Horatius ĩ primo carminũ.

Diſplicent nexæ philyra coronę.

Et Ouidius item qnto faſtorum.

Ebrius incinctus philyra conuiua capillos

Saltat:

Quo apparet uſum ipſius apud ueteres in coronamentis fuiſſe percelebrem. Iam primum igitur ſi conferas / quæ ſuper philyra Theophraſtus in tertio de plantis: quæ ue item Plinius in decimoſexto naturalis hiſtorię narrant: facile nimirum cognoſces: eã dem apud nos eſſe Tiliam: quæ philyra ſit apud græcos. Ac ſic etiam Theodorus Gaza q̃tum uis homo doctus & diligẽs interpretať. Porro autẽ tuniculæ ẽt quædã ex libro ipſo Tilię arboris uel ad eius imitamẽtũ factę: qbus aut lẽniſci fierẽt: ideſt faſciolæ de coronis pẽdulę: aut libelli: græco uocabulo peculiariter appellatę philyrę. Teſtať partẽ ex his eodẽ libro Plinius his uerſibus. Inter corticẽ & lignũ tenues tunicas/multiplici mẽbrana/e qbus uincula Tilię euocãť: tenuiſſimę earũ philyrę/coronarũ lẽniſcis celebres ãtiquorũ honore. Ruſuſq; idẽ libro primo atq; uigeſimo/ de lẽniſcis & philyris ita meminit. Craſſus diues primus argẽto/ auroq; folia imitatus ludis ſuis coronas dedit. Acceſſerũt quoq; & lẽniſci: quoſ adici ipſarũ coronarũ honos erat: ꝓpter hetruſcoſ/ qbuſ iungi niſi aurei/nõ debebãt. Puri diu fuere ii: Celare eos primus iſtituit. P. Claudiuſ Pulcher: bracteaſq; ẽt philyrę dedit. Porro lẽniſcatas coronas/ẽt(ni fallor) ĩ nomiſmatis Laurẽti Medicis idẽtidẽ uidemus: deq; his mẽtio quoq; apud Suetoniũ/ſicuti itẽ a Põpeio Feſto lẽniſcorũ uocabulũ diligẽter exponiť: deq; lemniſcis itidẽ nõ nihil Tertullianus quoq; ĩ libro de Corona militis.

Nicas aũt in cõmentario: quem ꝑ ordinẽ litterarũ cõpoſuit: grẹce ille qdem: ſed in hunc ferme intellectũ Philyrã interpretaẽ. Phily ra inqt planta librũ papyro ſimilẽ habẽs: ex quo etiã funes com plicãt. Eſſe aũt ductilẽ philyrã laniciimodo/ uel netilem potius/ innuit & Tertullianus idẽ in libello eo: q de pallio inſcribitur. Quin Herodianus etiã græcus auctor olim a nobis ĩ latinũ con uerſus/ & Innocentio octauo Pontifici maximo dedicatus: libro ipſo hiſtoriæ primo/ mentionem libelli facit e Philyra tenuiſſĩ ma/ utroq; uerſum replicabili. Sed & Capella Marcianus libro de philologiæ nuptiis ſecũdo: Cernere erat ĩquit q libri/ quãtaq; uo lumina/ quod linguarũ opera ex ore uirginis defluebãt. Alia ex papyro/ quẹ cedro perlita fuerant uidebanẽ. Alii carbaſinis uolu minibus ĩplicati libri: ex ouillis multi quoq; tergoribus: Rari ue ro ĩ philyræ cortice ſubnotati. Tũ iſta quoq; Vlpiani uerba repe rias ĩ titulo digeſtorũ/ de legatis: & fideicõmiſſis: librorũ appel latione cõtinenẽ oĩa uolumina/ ſiue ĩ charta/ ſiue ĩ mẽbrana ſint: ſiue ĩ qualibet alia materia. Sed & ſi ĩ philyra/ aut tilia/ ut nõnulli cõficiũt/ aut ĩ alio corio: idẽ. n. erit dicendũ. Deniq; ẽt Euſtathius in cõmẽtario ſecundo Homericẹ Odyſſeẹ/ facta prius de nauticis rudẽtibus mẽtione/ corticẽ Tiliæ dicit: quã grẹce philyram nomĩ nat: plurimã in id genus funiũ ſuppeditare materiã. Receptũ aũt uideẽ ex eo/ uti coria quoq; ſingula/ uel tunicas/ aut membranu las/ ẽt materiẹ diſparis a Tilia/ philyraſ uocẽt/ aut philuras/ y/ grẹ ca in/ u/ cõmutata/ ueteri & ꝑuulgata latinorũ cõſuetudine: Sicuti de papyro agẽs Plinius libro. xiii. Præparanẽ ex eo inqt chartæ diuiſæ acu in prætenues: ſed q̃ latiſſimas philuraſ. Nã illud utiq; ad hẹc enarrãda neutiq̃ ꝑtineat/ quod idẽ ait Plinius libro xiiii. Philyra cocos/ & polline nimiũ ſalem cibis eximere.

Caput lxxiii.

**Vocabulum quod eſt expernata/ Catullianis uideri exemplarĩ bus reponendum.**

q Vod nūc tradituri ſumus/fortaſſe a nōnullis/ut incertū/&
uacillans/parūq; adhuc exploratū deridebit̃/& exſibilabi
tur. Sed ego/ mihi de eo dicendū putaui/ ne ueſtigiū iſtud antiq
tatis pene iam abolitum qualecunq; ſit extinguerem̃. Oſtendit
mihi Romę abhinc quadrieniū Manilius Rallus græcus homo/
ſed latinis litteris adprime excultus: fragmētum quoddā Sexti
Pōpei Feſti (nā ita erat ĩ titulo) ſane q̃uetuſtū/ſed pleraq; mutila
tū: prærosūq; a muribus. Quod me magnoꝑe tenuit/ ſiqdē relli
quiæ illę qualeſcunq; ex integro ipſo uolumine ſuꝑabant: quod
auctor Feſtus cōpoſuerat: nō ex hoc aūt cōpendiario: quod nūc
in manibus coactū uiolēter/& decurtatū/ſcilicet ab ignobili & in
docto quodā: nec iſto quoq; nomine/ ſatis bene de litteris meri
to. Nonnullas quoq; ex eodē fragmēto Pōponius lętus uir anti
quitatis & litterarū bonarum cōſultiſſimus/ſibi pagellas retinue
rat: quas itidē legēdas mihi deſcribēdaſq; dedit. Ex lectione igit̃
ea ſuſpicatus utiq; ſum: uerbū me Catullianū: quaſi poſtliminio
in ſuas ſedes reuocaturū: Siqdē ubi exponit̃ in hoc cōpēdiario/
uocabulū ſuppernati: quod eos ſignificare oſtēdit: qbus femina
ſunt ſucciſa i modū ſuillarū ꝑnarū: atq; ex Ennio uerſus allegat̃.
His pernas ſuccidit iniqua ſuperbia poeni.
Hoc utiq; loco uetus codex circūroſā plane habet expoſitionē/
ſed ita tamē/ut appareat ex relliquiis litterarū male cohęrētibus/
Catullū quoq; poſt Enniū adduci/ citariq; eum uerſiculum: qui
nūc mendoſe ſic legitur.
Infoſſa liguri iacet ſeparata ſecuri
Nā ut de carminis reſiduo nihil mihi arrogē temere: uidebar ſane
tū ſyllabatim quæq; olfactās: ēt ꝓ explorato afferre poſſe: ſupper
nata legēdū in eo/nō ſeparata. Quātū ex paucis illis poterā uelu
ti minutalibus/aut ramētis colligere: q̃tūq; ēt uel ex oblitteratis
pene iā ueſtigiis ariolari. Quod ſi cui pēdere adhuc ueri fides ui
deẽ: at pēdeat eqdem malo: q̃ aut cadat aut iaceat. Nos aliquod
in eo certe (nec arbitror iniuria) ponimus firmamentum.

Caput lxxiiii.

Hiſtoria non illepida ſuper Zeuſi pictore/ & Helena.

z Euſis ille pictor Heracleotes/adprime nobilis/etiam Helenæ pinxit imaginem Crotoniatibus nimiſq̃ laudatam: de qua Cicero ĩ rhetoricis/cõtra Hermagorã: luculentiſſime ſcripſit. Sed quod obiter in Hęliani libris omnifarię hiſtoriæ ſupioribus annis apud Iohannẽ Laurentiũ uenetum/magnæ quidẽ in pontificia curia auctoritatis: nec minoris tamẽ in litteris eruditionis! Sed & emunctæ naris hominẽ Romæ legimus/ id nobis neutiq̃ indignum uiſum/quod hic etiã legeret̃. Neminem ait ſpectatum Zeuſis admittebat: niſi qui manupretiũ dediſſet. Ex quo uulgo etiã tũc Helena: meretrix uocitata: quoniam quęſtuaria.

Caput lxxv.

Emendata uox in Ibide: ſimul explicata ſententia neutiq̃ nota hactenus.

e Narrauit Domitius libellum Naſonis in Ibin: præfatus ex Apollodoro ſe Lycophrone: Pauſania: Strabone: Apollonio: aliiſq; gręcis/ẽtq; latinis accepta ſcribere. Multa in eo cõmẽtario/uana/ridiculaq; confingit/& cõminiſcit̃ extẽpore: cõmodoq; ſuo: quibus fidem facit/aut ſe frontẽ penitus amiſiſſe: aut tã magnum ſibi fuiſſe interuallum inter frontẽ & linguam (ſicut ait q dam): ut frons comprimere linguã non potuerit. Furor eſt adhuc aliquos tã cęcos iſtius hominis inueniri amatores/ut ad iſta nõdum/ſuos qualeſcunq; oculos adaperiant. Furor eſt profecto furor/dare occaſionẽ impudẽtię ceteris/fouẽdo errores etiam alicuius/quoniã fuerit ĩterdũ ſentẽtiæ nõ poenitendæ. Sed qd iſtis facias litterationis/ non litteraturæ magiſtris: qui nullo magis/ q̃ talibus nugis ſupercilia tollunt: ut cochleæ cornua: quorũq; plũbea prorſus ĩgenia/q̃ magis excolunt̃/tam magis obbruteſcũt?

At enim ne penitus ludamus operã/ diſſimulatis his/ quos ſua facit uilitas contẽnendos: exſequemur reliqua ꝓpoſiti. Mihi igitur ille unus locus ĩter ceteros mouere ſtomachum ſolet: qui ſic mẽdoſe nunc legitur.

Vtq; loquax in equo eſt/ eliſus guttur Agenor:
 Sic tibi claudatur pollice uocis iter.

Vbi ſic ait Domitius. Agenor lapſu eq/ ĩſerta ori manu extictus eſt. Ita ne tandem uir doctiſſime? Sed oro te mi Domiti grecũ profer ſi potes aut latinum/ modo idoneũ/ fabulæ iſtius auctorem/ nec recuſabo iã/ quin me non dixerim gregales/ aut admiratores tui? Seduiri quoq; litterati/ quibus hic labor exſudat/ ꝑ indoctiſſimo iam/ proq; etiam impudentiſſimo damnẽt: & quidẽ cunctis ſuffragiis: quoniã a te diſſentiam. Mihi ſane recta eſſe & emendata ſcriptura uidetur: ſi rationi libera cõiectura ſit/ nõ Agenor? ſed Acetno: ut de Anticlo dictum accipiamus. De quo eſt etiã apud Homerum libro quarto Odyſſeæ. Nã cũ ad equũ illũ troianum/ trabibus cõtextũ/ grauidũq; militibus ĩpulſu numinis acceſſiſſet Helena/ uoces imitari uxorũ cuiuſq; occoepit/ ut inibi deliteſcentium deſideria euocaret/ refricaret memoriã: reſponſa tentaret elicere? Sed.n. reliquis patientiã/ ſilentiumq; prẹſtantibus: cũ ſolus Anticlus in reſpondendi lubrico articuloq; iam foret: ſtatim eſt ab Vlyxe prẹuentus/ & manibus impreſſis ſuffocatus. Itaq; intercepto uel interſtructo potius indicio periculũ depulſum. Ceterũ Tryphiſiodorus quoq; grẹcus auctor/ in poemate/ quo de Ilio capta ſcribit: Anticlum hunc ortygiden appellat/ uxoremq; eius nominat Laodamian/ ita inquiens.

ὀρτυγίδησ δ᾽ἄντικλοσ ὃν αὐτόθι τεθνειῶτα
ἴϖϖω δακρύσαντεσ ἐνεκτερέιξαν ἀχαιοι

Et idem alibi ſic.

ἄντικλοσ δ᾽ὅτε κέντρον ἐδέξατο λαοδαμείησ
μοῦνοσ ἀμοιβαίην ἀνεβάλλετο γῆρυν ἀνοίξασ
ἀλλ᾽ὀδυσευσ κατέϖαλτο.

Et alia deinceps addit: per quæ fabula omnis ſimiliter ut ab Homero uerſibus permultiſ explicatur. Sed & nos in Ambra ſic attigimus.

Indiciiq; metu præcluſum pollice fauces
Anticlon ortygiden.

Cõſimilia uero iſtis apud Domitium multa: quę facile arguant: quo fuerit illius ꝓceſſura licentia/ præſertĩ ſic inuitata fauoribus ĩperitorũ: niſi morari apud ſuperos adhuc qdẽ iuuenis deſiſſet.

Caput lxxvi.

Non Antilochum ab Hectore/ ſed aliter uideri legendum in prima heroidum.

i N prima heroidum Naſonis epiſtola/ ſic legitur.

Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore uictum:

Sed uictũ/ necatũq;/ ab Hectore Antilochũ/ ꝓfecto neutiq̃ reperietur. Quare aut Amphimachũ crediderĩ legẽdũ/ aut nõ ab Hectore/ ſed Memnone. Conſtat enĩ ex tertiadecima Homeri Rhapſodia/ occiſum ab Hectore Amphimachũ Cteati filium: qui de grę cis ducibus unus etiam in catalogo numeratur. Conſtat item interfectum a Memnone/ filium Neſtoris Antilochum. Quamobrem ut in eo quod obtinuerat hactenus mendum depræhẽditur manifeſtarium: ſic his a nobis ita pro tẽpore ſuffectis: quę lector uelim boni cõſulas/ aliqua ni fallor gratia ſi non ueritatis/ at certe ueriſimilitudinis aſſentatur.

Caput lxxvii.

Quo argumento dicendum Vergilius non Virgilius.

u Ergilius dicendum ne ſit/ an Virgilius/ ut nunc uulgo loquuntur: hoc eſt/ cum uocali ſecũda/ an cum tertia potius in prima ſyllaba: uideo adhuc inter eruditos ambigi. Ceterum ut

ego Vergilium/ dicam magis per/e/quod iam placere quibuſdã per nos etiam doctis incipit: q̃ Virgilium per /i/ quod uulgo nimis obtinuit: in cauſa ſunt ueterrima aliquot monumẽta/noſtrę obſeruationi patrocinantia: quę libens equidẽ ſubiciã ꝓpter propudioſos neſcio quos/& eruginis plenos: odio omni/faſtidioqꝫ digniſſimos: qui quanq̃ ſemper elementarii ſunt: uindicare tamẽ inter indoctos fautores audent ſibi cenſuram litterarum: Sic ut iſtam quoqꝫ qualemcunqꝫ noſtrã uetuſtatis depræhendendæ/ ac reuocandæ(ſi liceat)diligentiam/ſtudiumqꝫ/non cauillentur modo! ſed & ita reprębendant acerbe: quaſi flagitium facere putẽt: quod his otiũ oblectemus: uel ( ut ipſi magis contẽptim ) quod ob hæc otio noſtro inuideamus: dum in rebus/adeo friuolis/& leuibus operam ſumimus: quaſiqꝫ tempus/ rem pretioſiſſimam/ in ſuperuacua erogamus. Qui tamen ſi legiſſent aliquãdo maxĩmos uiros de ſingulis quoqꝫ litteris ĩtegra uolumina compoſuiſſe: ac ne Cęſarem quidem ipſum ueritum ĩ hanc tenuitatẽ deſcendere/ darent fortaſſe mihi ueniam/non occupatiſſimo homini/ſi quãdo inter altiora ſtudia: etiã res iſtiuſmodi tractarem/ paruas qdem!ſed quibus etiã magna iuuentur. Neqꝫ.n. reprębẽdi me iure puto/ ſi hæc etiam!ſed ſi hæc ſola conſecter: ad quæ non ut ab otio ad ſtudium!ſed ut a ſtudio ad otium me refero: & ĩ quę nõ tam feror ex profeſſo/ q̃ caſu incido/ ceu ſi litoribus ex cõmodo inambulans/conchas interim/colligam ſecurus. Neqꝫ tamẽ in id ego ſupercilium ſubduco: nec inde me cenſeri/facile paterer: ut q non apinas modo hæc eſſe & tricas/ ut ĩ prouerbii ludicro eſt: uerũ ẽr pene nihil & noui/& fateor! Sed tamẽ hoc ipſum tam nihil/ præſtat agere q̃ longas ad ipſorum fortaſſe exemplũ trahere oſcitationes: Et grũnire in ceno turpiter: aut q̃ omnino nihil agere: ne nihil prorſus agendo/male diſcamus agere. Reddenda igitur teſtimonia ſunt nobis: necubi fides claudicet/ac ne quid non in expedito ſit noſcere uolentibus. Inuenies igit̃ Volſinis menſam quampiã marmoreã/uetuſtiſſimis/peneqꝫ exoletis characteribus

intra ędem Chriſtine uirginis:quæ pro ara eſt apoſtoli Petri/ubi
VERGILI legitur. Inuenies etiam Sutri nomē hoc Vergilius ita
notatū in mēſa itē lapidea:qua uidelicet & ipſa itra ędē uirginis
uice utuntur altaris. Idq; nos utrunq; non ſine aliquot arbitris/
etiam de proximo inſpeximus. Neq;.n.antiquarum dūtaxat in
ſpectionum auriti teſtes/ſed & oculati eſſe cōcupiuimus. Quin ī
pandectis quoq; his/ quæ nunc florētiæ publice aſſeruanť: libro
ipſo Iuſtiniani principis Archetypo/nō aliter q̄ per/e/ notatur id
nomen. Sicuti etiam ī uolumine Maroniano/ litteris maioribus
perarato: qui Romæ in intima Vaticana bibliotheca mire uetus
oſtenditur. Prætereaq; commentarium Tiberi Donati nunc ī ma
nibus habet Landinus:homo & eloquens & eruditus:& floren
tiæ iam diu doctor bonarum litterarū celebratiſſimus: cui ſe præ
ceptori aduleſcentiæ meæ rudimenta magnopere debent: & qui
nunc in profeſſione quaſi dixerim collega/ locata iam ī tuto ſua
ſibi fama/nobis adhuc in ſtudio laborioſiſſimo decertātibus ita
fauet/ut qdquid ipſi laudis acquirimus/quaſi ſuū ſibi amplecti/
atq; agnoſcere uideatur. Is igitur (ut diximus) cōmentarium Ti
beri Donati habet in manibus/ & ipſum grandioribus notatum
uetuſtis characteribus:cuius auctoritas hoc haud dubiū relique
rit. Quod item ī codice Diui Auguſtini de ciuitate dei:ex publi
ca Medicę familię bibliotheca: neq; nō in Columellæ ex priuata
eiuſdem gentis/litteris utroq; langobardis exarato: Tum in Se
necæ epiſtolarū libro peruetere/ cuius mihi copiā fecit Nicolaus
Micheloctius/ Laurēti Medicis a ſecretis elegātis homo ingenii:
multiſq; item aliis/uenerandis antiquitate uoluminibus/Identi
dem nunc Iacobo modeſto Pratenſi/familiari noſtro/& ſtudiorū
adiutori:nunc aliis item noſtris auditoribus/ utcunq; aut res fe
rat/aut exigatur oſtendimus. In collectaneis autem quæ nuperrī
me ad Laurentium Medicem Iucundus miſit uir unus opinor tī
tulorum monimentorumq; ueterum ſupra mortales ceteros non
diligētiſſimus ſolū/ ſed etiā ſine contoruerſia peritiſſimus:relata

quoq; inuenio elogia duo/quę romæ (ſicut ille indicat) ĩ marmoribus inueniuntur. TI. VERGILIVS DONATVS. Et iterum. .C.PAPIRIVS CESTVS VERGILIAE OPTATAE VXORI SVAE BENEMERENTI DE SE. Quãuis aũt monimenta iſta tãta ſeculorũ uetuſtate roborata/mihi ſatis ad pręſidiũ ſint: attamen res ipſa quoq; aſtipulaẽ & ratio. Nã ſicuti a uere dictæ Vergilię ſtellę: ſic a Vergiliis ipſis/uel itẽ a uere propriũ hoc nomẽ crediderim inclinatũ/potius hercle q̃ a uirga/quod quidã nuganẽ laurea. Nam id cũ apud auctorem minus idoneũ iueniaẽ/ tum refellitur hoc ipſo: quod multi ante hunc editum poetam/eodẽ ſunt appellati nomine. Quãdiu igitur aut nõ teſtimonium grauius: aut non ratio ualentior exhibetur/utique a uetuſta magis cõſuetudine/q̃ a noua inſcitia ſtandũ eſt: unde hæc ſartago loquendi uenerit in linguas. Etenim magna pars iuniorum caligamus ad ueri conſpectum. Quin (ut reliqua exſequar) Verginius quoque nomen huic finitimum/ non Virginius ĩ marmoreo nuper labro pro ęde ipſa diuæ Mariæ Maioris inſculptum Romæ animaduertimus.

## Caput lxxviii.

Additam falſo negationem primo digeſtorum uolumine: quo capite/de officio proconſulis agitur & legati.

p Aulus iuriſconſultus libro ſecũdo ad edictum ita ſcribit/ Legatus mãdata ſibi iuriſdictione iudicis dãdi ius habet. Sed hæc uerba ĩ primo digeſtorũ uolumine: quo capite de officio procõſulis/& legati/tractaẽ: addita perperã negatione in pleriſq; codicibus ĩuenias. Sic uidelicet. Legatus mãdata ſibi iuriſdictione iudicis dandi ius nõ habet. Ceterum ĩ pandectis iſtis Florentinis: quas etiã archetypas opinamur/negatio prorſus eſt nulla. Quo fit ut interpres legũ Florẽtinus Accurſius/mendoſũ & ipſe nactus codicẽ/pene dixerim miſerabiliter/ſe torqueat.

## Caput lxxix.

Cur Seleuci regis facies in nomiſmatis cornigera.

ſ Eleuci regis facies in nomiſmatis cornigera: Cauſa eius apud Appianū in Syriacis. Nāq; ait ab eo ferū taurū de ſacrificio Alexādri Magni uinculis elapſū: retentū manibus ambabus / & occiſū. Atq; ob id inqt. προστιθέασιν ἐπὶ τοὺς ἀνδριάντας ἐπὶ τῷδε τὰ κέρατα. Quod ſignificat / ob id eius ſtatuis deniq; apponi cornua.

## Caput lxxx.

Fabula ignotior de Tireſia & Pallade: qua ſenſus aperitur Propertianus.

p Ropertius in libro elegiarū quarto / ſic ait:

Magnam Tireſias aſpexit Pallada uates.
Fortia dum poſita Gorgone membra lauat.

Extat adhuc hymnus Callimachi poetæ / cui titulus εἰς λουτρὰ τῆς παλλάδος. In quo fabula Tireſiæ multis elegiacis uerſibus ĩ hāc ferme ſententiā tractaẽ. Fuiſſe nymphā quāpiā Thebis / cui nomē Chariclo / Palladi pręceteris gratā. Matrem Tireſiæ. Sed cū ſe Pallas aliquādo / & Chariclo irē / ĩ Heliconio Hippocrene / nudæ p ęſtū lauarent / ac tum caſu uenator Tireſias ad eundē fontē ſitiens acceſſiſſet / Mineruā ſcilicet ĩprudēs nudā conſpicatus / ſtatiq; oculis eſt captus. Nā ita Saturniis legibus cautū inqt: ut qui deū inuitum cernat / ingēti mercede cernat. Cui ſimile quippiam de dearū conſpectu etiā Abammon ęgyptius ĩ epiſtola ſcribit ad Porphyriū philoſophū: Quā tamen exiſtimat Proclus Iamblichi potius eſſe q̄ Abāmonis: ex quo Vergilius.

Tranſq; caput iace: ne reſpexeris: Quod & Leucothea Homerica monuit Vlyſſen. Sed ut illuc / unde abii redeā / Cū in hāc Tireſias calamitatē incidiſſet / mota lacrimis Chariclus nymphę Pallas / & uatē eum / & lōgęuū / & poſt obitū quoq; prudentem ſapientemq;

prꝑſtitit:& baculo inſuper donauit/quo ueluti duce/ueſtigiis in offenſis gradereť.Quod & nos in Ambra ſic attigimus/ cum de poeta loqueremur Homero

Baculum dat deinde potentem
Tireſię magni:qui quondam Pallada nudam
Vidit:& hoc raptam penſauit munere lucem.
Suetus inoffenſos baculo duce tendere greſſus.

Et item ſic in Nutrice Tireſian periphraſticos inſinuauimus.

Quid cui poſt uiſos nudatę Palladis artus
Cernere nil licitum?

Quin hinc apud Nonnũ libro qnto Dionyſiacon/ ita exclamãs inducitᷣ Actęon:ut felicẽ Tireſian dicat:q citra mortẽ tantũ amiſ ſis oculis Mineruam aſpexerit nudam:quę etiam lumen adẽptũ in animum ipſius tranſtulerit:Atqꝫ adeo ſic ait.

ὄλβιε Τειρεσία. συμεν ἔδρακεσ ἐκτοσ ὀλέθρου
γυμνον ἀναινομένησ οἰκτείρμονοσ εἶδοσ ἀθήνησ Et paulo poſt.
ζώεισ σῶν βλεφάρων ὀλέσασ φάοσ ὑμετέρων δὲ
ὀφθαλμῶν ἀμάρυγμα νόῳ μετέθηκεν ἀθήνη

Hactenus aũt ſuper hoc poetę loco/ſcripſeramus:cũ nobiſ Picus noſter Mirãdula/quaſi Cynthius alter/ ĩ illo ipſo quo iã hæc ipri mẽda fuerãt articulo/aurẽ uellit/& admonuit/ut elegiam quoqꝫ ipſã Callimachi/quæ uidelicet una extat apud gręcos (q̃tũ eqdẽ ſciã) ſed & rariſſima eſt ĩuentu/ ſubiceremus: & q̃q̃ ſpatiis iniqs excluſi tẽporis/uertere eã quoqꝫ tamẽ in latinũ tẽptaremus. Ego uero q nec ſcribere alieno ſtomacho libẽter ſoleo/ nec extẽporali tati ſatis cõfido/ nõ diſtuli tamẽ id onus quoquomodo ſubire: Quoniã cũ quid a me Picus exigit/ nec licet mihi neſcire quod neſciã/nec nõ poſſe quod nequeã/uel quod homini me cariſſimũ ſentio/uel quod plus eũ uidere ĩ rebus meis/q̃ me ipſũ/ mihi per ſuadeo. Vertimus igiť pene aduerbũ/& quod græce diciť παρα πόδα/nõ ſenſu modo/ſed numeris ẽt:quod ẽ difficillimũ/colori buſqꝫ ſeruatis:Tantũqꝫ nũc admonemus lectorẽ: paucula uideri mihi adhuc mẽdoſa ĩ gręcis exemplaribus:quę nõ erat pudoris

m i

noſtri corrigere! ſed & ſeptimũ ipſũ a fine uerſiculũ reliquo uno dũtaxat uocabulo exoleuiſſe. Quẽ nos tamẽ latinũ ꝑ cõiectura/ ſuffecimus. Illud itẽ ſcito ẽ opus/ noſtrũ hoc eſſe iterpretamẽtũ/ & a nobis deniq; fluxiſſe/ priuſq̃ i ullius cõmẽtariis ebulliret: quod & ſiluæ ꝑ ſe ipſæ quas citauimus tot abhinc ãnos editę ꝓbabũt: quarũ uidelicet alterã magno ſumus olim cõuentu/ publice mul tis excipiẽtibus iterpretati. Sit ergo noſtri iuris/ quod noſtri fuit muneris: ne quarta omnino luna (ſicuti ꝓuerbiũ ferẽ) nati creda mur/ ut aliis tãtũmodo ad Herculis exẽplũ laboremus. Iã illud quoq; miror/ cur & Domitius/ & alii qdã poſt illũ/ quocũq; momẽ to/ quacunq; occaſione ſcribere audeãt hoc aut illud/ imitatione Callimachi dictũ fuiſſe a Proprio: cum pręter hymnos pauculos/ nihil prorſus extet ad nos poetę iſtius: nec aũt plane qdq̃ quod amoris argumẽta cõtineat! Sed aures ad Callimachi iã uerſiculoſ ſubſcriptos ueteri more ſine ullis accentiunculis arrigamus.

καλλιμαχου εισ λουτρα τησ παλλαδοσ.

ο σαι λωτροχοοι τασ παλλαδοσ ἔξιτε ϖασαι
εξιτε. ταν ιϖϖων αρτι φρυασσομεναν
ταν ιεραν εσακουσα. και α θεοσ ευτυκοσ ερϖει.
ξουσθε νυν ω ξανθαι ξουσθε ϖελασγιαδεσ
ουποκαθαναια μεγαλωσ απενιψατο ϖαχεισ
πριν κονιν ιϖϖειαν εξελασσαι λαγονων
ουδοκαδη λυθρωι ϖεϖαλαγμενα ϖαντα φερουσα
τευχεα των αδικων ηνθ αϖο γηιγενεων
αλλα ϖολυ πρατιστον υφαρματοσ αυχενασ ιϖϖων
λυσαμενα ϖαγαισ εκλυσεν ωκεανω
ιδρω και ραθαμιγγασ. εφοιβασεν δε παγεντα
ϖαντα χαλινοφαγων αφρον απο στοματων
ω ιταχαιιαδεσ καιμη μυρα μηδαλαβαστρωσ.
συριγγων αιω φθογγον υϖαξονιον
μη μυρα λωτροχοοι ται παλλαδι μηδαλαστρωσ.
ουγαρ αθαναια χριματα μικτα φιλει.
οισετε μηδε κατοϖτρον. αει καλον ομμα το τηνασ.

ουδοκατ ανιδαν φρυξ εδικασεν εριν.
ουδ εσ ορειχαλκον μεγαλα θεοσ ουδε σιμουντοσ
εβλεψεν διναν εσ διαφαινομενην
ουδ ηρη. κυπρισ δε διαυγεα χαλκον ελοισα
πολλακι ταν αυταν δισ μετεθηκε κομαν
α δε δισ εξηκοντα διαθρεξασα διαυλωσ
οια παρ ευρωται τοι λακεδαιμονιοι
αστερεσ. εμπεραμωσ ετριψατο λιτα λαβοισα
χριματα τασ ιδιασ εκγονα φυταλιασ.
ω κοραι. τοδ ερευθοσ ανεδραμε πρωιον οιον
η ροδον η σιβδησ κοκκοσ εχει χροιην
τωι και νυν αρσεντε κομισσατε μουνον ελαιον
ωι καστωρ ωι και χριεται ηρακλεησ
οισετε και κτεναοι παγχρυσεον ωσ απο χαιταν
πεξηται λιπαρον σμασαμενα πλοκαμον
εξιθ αθαναια παρα τοι καταθυμιοσ ιλα
παρθενικαι μεγαλων παιδεσ ακεστοριδαν
ω θανα. φερεται δε και α διομηδεοσ ασπισ
ωσ εθοσ αργειων τουτο παλαιοτερον
ευμηδησ εδιδαξε τειν κεχαρισμενοσ ιρευσ
οσ ποτε βουλευτον γνουσ επι οι θανατον
δαιμον ετοιμαζοντα φυγαι τεον ιρον αγαλμα
ωιχετ εχων. κρειον δ εισ οροσ ωικισατο
κρειον οροσ. σε δε δαιμον απορρωγεσσιν εθηκεν
εν πετραισ. αισ νυν ουνομα παλλατιδεσ
εξιθ αθαναια περσεπτολι χρυσεοπηληξ
ιππων και σακεων αδομενα παταγωι
σαμερον υδροφοροι μη βαπτετε. σαμερον αργοσ
πινετ αποκρανᾶν μηδ απο των ποταμων
σαμερον ωδωλαι τασ καλπιδασ η σφυσαδειαν
η εσ αμυμωνην οισετε ταν δαναω
και γαρ δη χρυσωιτε και ανθεσιν υδατα μιξασ
ηξει φορβαιων ιναχοσ εξ ορεων.

ται θαναι το λοετρον αγων καλον. αλλα ϖελασγε
φραζεο μουκεθελων ταν βασιλειαν ιΔηισ
οσκεν ιΔηι γυμναν ταν παλλαΔα ταν ϖολιουχον
τωργοσ εσοψειται τουτο ϖανυστατιον.
ϖοτνίαθαναια συ μεν εξιθι μεσφαΔεγωτι
ταισΔερεω. μυθοσ Δουκεμοσ αλλετερων
ϖαιΔεσ. αθαναια νυμφαν μιαν ενϖοκα θηβαισ
ϖουλυτι και ϖερι Δη φιλατο ταν εταραν
ματερα τειρεσιαο και ουϖοκα χωρισ εγεντο
αλλα και αρχαιων ευτεϖι θεσπιεων
ηϖι κορωνειασ ινα οι τεθυωμενον αλσοσ
και βωμοι ϖοταμωι κειντ εϖι κουραλιωι
ϖολλακισ αΔαιμων μιν εωι εϖεβασατο Διφρωι
ουΔ οαροι νυμφαν ουΔε χοροστασιαι
αΔειαι τελεθεσκον οθ ουχ αγειτο χαρικλω
αλλετι και τηναν Δακρυα ϖολλ εμενε
καιϖερ αθαναιαι καταθυμιον ευσαν εταιραν
Δη ϖοτεγαρ πεϖλων λυσαμενα περονασ
ιϖϖω εϖι κραναι ελικωνιΔι καλα ρεοισα
λωντο. μεσαμβρινα Δειχοροσ ασυχια
αμφοτεραι λωοντο. μεσαμβριναι Δεσαν ωραι
ϖολλαΔασυχια τηνο κατειχεν οροσ.
τειρεσιασ Δετι μουνοσ αμαι κυσιν αρτι γενεια
πε̈ρκαζων ιερον χωρον ανεστρεφετο.
Διψασασ Δαφατοντι ϖοτιρροον ειλυθε κρανασ
σχετλιοσ ουκεθελων Δ ειΔε τα μη θεμιΔεσ
τον Δε χολωσαμενα ϖερ ομωσ προσεφασεν αθανα
τισ σε τον οφθαλμωσ ουκετ αϖοισομενον
ω ευηρειΔα χαλεϖην οΔον αγαγε Δαιμων
α μεν εφα. ϖαιΔοσ Δομματα νυξ εβαλεν
εσταθη Δαφθογγοσ εκολλασαν γαρ ανιαι
γωνατα. και φωναν εσχεν αμηχανια
α νυμφα Δεβοησε. τιμοι τον κωρον ερεξασ

ποτνια. τοιαυται δαιμονεσ εστε φιλαι.
ομματα μοι του παιδοσ αφειλεο. τεκνον αλαστε
ειδεσ αθαναιασ στηθεα και λαγονασ
αλλουκ αελιον παλιν οψεαι ω εμε δειλαν
ω οροσ ω ελικων ουκετι μοι παριτε
η μεγαλ αντολιγων επραξαο δορκασ ολεσασ
και προκασ ουπολλασ φαεα παιδοσ εχεισ
αμεν αμφοτεραισι φιλον περι παιδα λαβοισα
ματηρ μεν γοερων οιτον αηδονιδων
αγε βαρυ κλαιουσα. θεαδελεησεν εταιραν
καιμιν αθαναια προσ τοδελεξεν εποσ
δια γυναι μετα παντα βαλευ παλιν οσσα διοργαν
ειπασ. εγωδουτοι τεκνον εθηκ αλαον
ουγαρ αθαναιαι γλυκερον πελει ομματα παιδων
αρπαζειν. κρονιοι δωδε λεγοντι νομοι
οσκε τιν αθανατων οκα μη θεοσ αυτοσ εληται
αθρησηι μισθωι τουτον ιδειν μεγαλωι
δια γυναι το μεν ουπαλιναγρετον αυθι γενοιτο
εργον επει μοιραν ωδ επενευσε λινα
ηνικα το πρωτον νιν εγειναο. νυν δε κομιζου
ω ευηρειδα τελθοσ οφειλομενον
οσσα μεν α καδμηισ εσυστερον εμπυρα καυσει
οσσα δαρισταιοσ τον μονον ευχομενοι
παιδα τον αβαταν ακταιωνα τυφλον ιδεσθαι
και τηνοσ μεγαλασ συνδρομοσ αρτεμιδοσ
εσσεται. αλλουκαυτον οτε δρομοσ αι τεν ορεσσι
ρυσευνται ξυναι ταμοσ εκηβολιαι.
οπποταν ουκεθελων περ ιδηι χαριεντα λοετρα
δαιμονοσ. αλλαυται τον πριν ανακτα κυνεσ
τουτακι δειπνησευντι. ταδυιεοσ οστεα ματηρ
λεξειται δρυμωσ παντασ επερχομενα
ολβισταν ερεει σε και ευαιωνα γενεσθαι
εξορεων αλαον παιδ υποδεξαμεναν

ω εταρα τωι μητι μινυρεο. τωιδε γαρ αλλα
τευ χαριν εξεμεθεν πολλα μενευντι γερα
μαντιν επει θησω νιν αοιδιμον εσσομενοισιν
η μεγα των αλλων δητι περισσοτερον
γνωσειται δορνιθασ οσ αισιοσ. οιτε πετονται
ηλιθα και ποιων ουκαγαθαι πτερυγεσ
πολλα δε βοιωτοισι θεοπροπα πολλαδε καδμωι
χρησει και μεγαλοισ υστερα λαβδακιδαισ.
δωσω και μεγα βακτρον ο οι ποδασ εσδεον αξει
δωσω δε βιοτου τερμα πολυχρονιον
και μονοσ ευτε θανηι πεπνυμενοσ εννεκυεσσι
φοιτασει. μεγαλωι τιμιοσ αγεσιλα·
ωσ φαμενα κατενευσε τοδεντελεσ ωικεπινευσηι
παλλασ. επει μοναι ζευσ τογε θυγατερων
δωκεν αθαναιαι πατρωια παντα φερεσθαι
λωτροχοοι. ματηρ δουτισ ετικτε θεαν
αλλα διοσ κορυφα. κορυφα διοσ ωικεπινευει
θυγατηρ
ερχετ αθαναια νυν ατρεκεσ. αλλα δεχεσθε
ταν θεον ωκωραι τωργοσ οσαισ μελεται
συντευαγοριαι συντευγμασι συντολολυγαισ
χαιρε θεα. καδευ αργεοσ ιναχιου.
χαιρε και εξελαοισα και εσπαλιν αυτισ ελασαισ
ιππουσ και δαναων κλαρον απαντα σαω.

Iam noſtros quoq; legito/qui male collocare bonas horas uolet:
attamen cum uenia queſo:& conniuentibus oculis.

Politiani Ex Callimacho In Palladis Lauacra.

i Te foras agedum:quęcunq; liquentibus undis
Membra lauaturę/Pallados!ite foras.
Ipſa uenit. Fremitus ſacrorũ audimus equorum:
Ite agedum flauæ o Ite pelaſgiades.

Non prius ingentes lauit ſibi diua lacertos:
Ilia q̄ abſterſit puluere cornipedum.
Nec tum quando armis multa iā cede cruentis/
Venit ab iniuſtis horrida terrigenis:
Tum quoq; equū ſubducta iugis fumantia colla!
Perfudit largi fontibus oceani:
Dum ſudor guttæq; putres/dūq; omnis abiret
Spuma oris circum manſa lupata rigens.
Iteo achiuæ!ſed non unguenta aut alabaſtros
Audio certe ipſo ſtridulū ab axe ſonum.
Palladi lotrices non unguenta/aut alabaſtros
Nulla etenim diuæ huic/unguina mixta placent.
Ferte nec huic ſpeculum. uultu eſt pulcherrima ſemper:
Nam nec in Ida olim iudice ſub phrygio
Se/uel orichalco/magna hęc dea: uel Simoentis
Spectauit/quanq̄ uertice perſpicuo:
Nec Iuno!ſed ſola Venus/ſe ſplendido in ęre
Vidit/eandem iterum diſpoſuitq; comam.
Bis ſexaginta ſpatiis uerum incita curſu:
Strellę apud Eurotan ceu lacedęmoniæ:
Perfricuit tantum pingui ſe diua liquore:
De baccis arbor quem ſua protulerat.
O puera/ſed enim rubor emicuit matutinus/
Quem roſa/quem grano punica mala ferunt.
Ergo marem nunc tantū olei quoq; ferte liquorem:
Quo ſe unguit Caſtor/quo Amphitryoniades.
Ferte etiam ſolido ex auro: quo pectine crines
Explicet: & pinguem cęſariem dirimat.
Exi age iam o Pallas/præſto tibi uirgineus grex
Natæ magnorum carus Aceſtoridum.
O Pallas quin iam clypeus Diomedis/& ipſe
Fertur/ut argiuum mos uetus obtinuit.

Eumedes docuit/meditans tibi grata ſacerdos:
 Cum in ſe cōpoſito cerneret interitu
Ire malam ſortē: fugit quippe ille/tuamq;
 Ad montē Crion ſubſtulit effigiē
Ad montē Crion: tū abruptis impoſuit te
 Cautibus: haſq; uocant nuncquoq; pallatidas.
Exi age quę expugnas urbes: cuiq; aurea cordi
 Caſſis: equūq; fremor: cū ſonitu clypeū.
Vos hodie undiferæ ne tinguite: uos hodie argos/
 Fontibus ex ipſis non fluuiis bibite.
Vos hodie ancillæ ferte urnas ad Phyſadean:
 Aut ad Amymonen progeniē Danai
Nāq; auro & multis permixtus floridus undas
 Defluet e lętis Inachus ipſe iugis
Et purū feret huic laticē. Caue tu ergo Pelaſge/
 Ne nudā imprudens aſpicias dominā.
Aſpiciet nudā qui Pallada/quę tenet urbē/
 Vltra iam hoc Argos cernere non poterit.
Iam ueneranda exi Pallas: dū quiddā ego iſtis
 Dicā: nec meus hic ſermo/ſed alterius.
Vnā olim o puerę Thebis dea Pallas amabat
 Nympham/prę cunctis quas habuit comites.
Matrē Tireſię: nunquāq; fuere ſeorſum/
 Sed ſiue ad ueterū moenia Theſpiadum/
Siue Coroneas/ſeu tenderet illa Haliarton
 Vecta iugis/uiſens Boeotiæ populos:
Siue Coroneas: ubi pulcher odoribus halat
 Lucus: ubi ara ipſi Curalium ad fluuium.
Sæpe illā curru ſecum dea uexit eodem:
 Nullaq; Nympharū colloquia/aut Thyaſi
Grata fuere ſatis: niſi præforet ipſa Chariclo:
 Verum & ei multę debitæ erant lacrimæ.

Quãuis cara comes magnæ foret uſq; Mineruæ/
Nam ſe olim peplis utraq; depoſitis
Dum lauat in lymphis Heliconidos Hippocrenes:
Vtq; die uacuus mons tacet in medio/
Dum lauat ergo utraq;/& medię ſunt tẽpora lucis/
Dumq; eſt in toto plurima monte quies/
Tireſias unus canibus comitantibus ibat
Per loca ſacra/leui flore genas nitidus:
Immenſamq; ſitim cupiens releuare/petito
Fonte/uidet/quę non cernere fas homini.
Hic irata licet ſic illum affata Minerua eſt.
Quis te non ullis iam rediturum oculis/
O/Euerida malus hęc Deus in loca duxit?
Sic ait: at pueri lumina nox pepulit.
Aſtitit/obticuit: dolor illi ut glutine uinxit
Genua/ſonum tenuit uocis inops animus.
At Nympha exclamãs/quid nato ait o Dea factũ ẽ?
Nunquid ueſtra deę talis amicitia?
Lumina mi pueri rapuiſti. pectora nate
Vidiſti infelix Pallados/iliaq;.
At non & ſolem cernes iterum. heu miſera/o mons
O Helicon rurſum non peragrande mihi.
Magna nimis paruis mutas: qui lumina nati
Pro ceruis paucis dorcalibuſq; habeas.
Sic puerum ambobus carum complexa lacertis
Mater/flebilium carmen Aedonidon
Triſte gemens iterat/ſed enim miſerata Minerua
Tunc ſociam/uerbis talibus alloquitur.
Dia inquit mulier: uerte hæc quæ protulit ira:
Non per me captus luminibus puer eſt.
Nam pueris auferre oculos haud dulce Mineruę:
Verum Saturni legibus hęc rata ſunt.
Vt quicunq; deum aſpiciat/niſi iuſſerit ipſe/

Mercede ingenti ſcilicet aſpiciat.
Dia igitur mulier fieri hæc infecta nequit res:
Quippe ita Parcarum fila uoluta manu/
Editus ut primum puer eſt! Sed tu accipe contra
O Euerida quod maneat pretium
Munera Cadmeis pro quanta adolebit in ignes:
Quãta & Ariſtęus: uotaq; ſuſcipient:
Natus ut impubes Actęon/unicus illis:
Tantum oculis careat: namq; erit & Triuiæ
Concurſor! Sed non curſus: non ęmulus illum
Tela/arcus iaciens montibus! eripiet.
Cum diuam (licet inuitus) ſe fonte lauantem
Viderit: At fiet qui modo erat dominus/
Eſca ſuis canibus. Sed enim nemora omnia luſtrans
Dum genetrix nati colliget oſſa ſui:
Tunc te felicem/tunc dixerit eſſe beatam:
Cui mons uel cęcum reddiderit puerum.
Parce queri mea grata comes. Nam plurima contra
Huic ego te propter præmia contribuam.
Eſſe dabo egregium uatem: quem protinus omnis
Perpetuo celebret nomine poſteritas:
Cognoſcet uolucrum quæ proſpera: quæq; uolatu
Irrita: cuius item triſte ſit augurium.
Plurima Boeotis oracula: plurima Cadmo
Hic canet: & magnis plurima Labdacidis.
Huic ingens baculum dabo: quod ueſtigia ducat
Qua uelit: huic uitæ tempora longa dabo.
Mox & honoratus Diti/colet infera regna
Inter & extinctos unicus hic ſapiet.
Adnuit his Pallas dictis: quodq; adnuit illa
Perficitur: ſoli Iuppiter hoc tribuit
Natarum e turba/quæ ſint patris omnia ferre:
Lotrices: Mater nulla deam peperit:

Immo Iouis uertex: uertex Iouis, omnia nutu
Perficit: & natæ prorſus idem licitum eſt.
En uere nunc Pallas adeſt. Eia ergo puellæ
Quis Argos curæ eſt, ite deam accipite:
Cumq; bonis uerbis, & cum prece, cumq; ululatu.
Salue o, diua urbem protege, & Inachiam.
Salue hinc abſcedens: iterumq; huc flecte iugales:
Ac rebus Danaum ſis precor auxilio.

Caput lxxxi.

De Ocno & Aſello: quodq; apud Propertiũ mẽdoſe legiť Orno.

a Pud Propertium eũdem quarto elegiarum libello, ita duo uerſiculi leguntur.

Dignior obliquo funem qui torqueat Orno:
Aeternuſq; tuã paſcat Aſelle famẽ. Diu fateor animum meum ſtimulauerat, ac pupugerat, quidam quaſi ſcrupulus: donec eum codex uetuſtus euellit, quem mihi Bernardinus Valla celeber iu reconſultus, & primæ homo nobilitatis Romæ abhic ferme q̃n quennium commodauit: ubi non Orno, ſed Ocno legi, legiſſeq; me ſtatim duobus eruditiſſimis iuuenibus oſtendi: qui me do mi commodum ſalutauerant. Liquet aũt inſinuari a Pꝓptio So craticę illius picturę argumẽtũ: de qua ſic Plinius libro naturalis hiſtoriæ q̃nto, & trigeſimo narrat. Et pigeri q̃t, q appellať Ocnos ſpartũ torquẽs, quod Aſellus arrodit. At.n. piger hic Ocnus (ut uideo) multorũ inuitamẽtis: uagus repẽte factus, & deſultor: co tidie iã ſedes mutat. Quaꝓpter ut certo ĩ ſiliquaſtro cõq̃eſcat alĩ quãdo, petẽda fides eſt, abeo maxime codice, quem citauimus: hoc ẽ (ut uere dixeri) a ſtirpe: de qua iſtius cõiecturæ pullulauit occaſio. Sic.n. quiuis ĩtelliget, ne utiq̃ me mihi aſſerere aliena, ſed mea dũtaxat: inq; meis libris nil prius eſſe fide.

Caput lxxxii.

Quod ĩ digeſtis titulo de edendo legatur ad alium, legi ad al bum conuenire.

i N titulo de edēdo:qui ſecundo digeſtorū uolumine legit/ uerba Vlpiani ſūt ita libro quarto ad edictū. Eū quoq; edere Labeo ait:q ꝓducat aduerſariū ſuū ad albū/ & demōſtret:quid dicturus ē. Sic et.n.ſcriptū in pādectis ipſis florentinis. Atq codices oēs:q ſunt ī manibus/nō ad albū!ſed ad aliū habēt. Vnde multa uidelicet Accurſi heſitatio. De albo aūt prętoris ītelliges.

Caput lxxxiii.

De Harpocrate.

e Pigrāma ē Catulli. Lęlius audierat patruū obiurgare ſolere.
Si quis delicias/diceret/aut faceret.
Hoc ne ipſi accideret patrui perdeſpuit ipſam
Vxorem/& patruum reddidit Harpocratē
Quod uoluit fecit/nam q̄uis irrumet ipſum:
Nūc patruū! uerbū non faciet patruus. Quæſitū diu q nā is foret Harpocrates:de quo mentionē & hoc loco faciat Catullus & item in altero epigrammate/ſic inquiens.
Si quidq̄ tacito commiſſum eſt fido ab amico:
Cuius ſit penitus nota fides animi:
Me unum eſſe inuenies illorum iure ſacratum
Corneli:& factū me eſſe puta Harpocratem. Nos tamē & Venetiis & itē Veronę (quod diximus) abhīc ānos octo ferme de eo ſtudioſis aliquot publice reſpōſitauimus:quorū nūc teſtor fidē/ cōſciētiāq;/ſi cui forte aliena adſcribere/ac nō mea potius mihi uideor uindicare. Plutarchus igiť ī libro/quē de Iſide fecit/& Oſiride/Harpocraten ſcribit ex Iſide ipſa natū:& Oſiride:q cū illa iam mortuus rē habuerit!Sed natū tamen præmaturo partu:debilitatiſq; cruribus. Porro editū eundē circa brumę tempus minus abſolutū & rudē/pręflorētibus puta/præuirentibuſq; terrę fętibus: quo circa etiā lētis primitias illi offerri. Neq; tamē inqt aut imperfectū eſſe deū/aut īfātē/aut deniq; legumen aliquod exiſtimādū! ſed rudis īpfectiq; ſermonis/minimeq; articulati præſidē quendā potius ac moderatorē. Ex quo ēt digito labra cōprimit/argumen

tum taciturnitatis & ſilentii. Quin menſe eo/quem uocant Meſo
rem/primitias leguminum offerentes: ita dictitant: lingua: fortu
na/ lingua dęmon/ deq; ægyptiacis arboribus/perſicam ĩ primis
ei ſacratam ferunt: Quod fructus cordi: frõs linguæ/ perſimilis.
Hactenus ex plutarcho de Harpocrate/carptim/uellicatimq;/& ꝑ
interualla. Meminit eiuſdem Lucilius quoq; poeta græcus in epi
grãmate ad Dionyſium: monẽs ut ſiquem habeat inimicum: nec
Iſin ei/nec Harpocraten/aut qui cæcos deus faciat iratos precet̃:
cogniturum quid deus/quid Simo ualeat. Sed & Tertullianus ĩ
Apologetico/ſic ait. Serapidem & Iſidem/& Harpocratem/cũ ſuo
cynocephalo/capitolio prohibitos ĩferri/ideſt curia deorum pul
ſos/Piſo & Gabinius conſules/non utiq; Chriſtiani: euerſis etiã
aris eorum abdicauerunt/ turpium & otioſarum ſuperſtitionum
uitia cohibentes: his uos reſtitutis ſummam maieſtatem contuli
ſtis. M. autem Varro in libro de latina lingua ita ſcribit. Cælum
& terra: hi dei idem qui ægypti Serapis/ & Iſis/ & ſi Harpocrates
digito ſignificat/ut taceas. De hoc igit̃ intellexit Ouidius libro
Metamophoſeon nono:

Sanctaq; Bubaſtis/uariiſq; coloribus apis
Quiq; premit uocẽ/digitoq; ſilẽtia ſuadet.

Et item Auguſtinus libro de ciuitate dei undeuigeſimo: Et quo
niam (inquiens) fere in omnibus templis ubi colebant̃ Iſis & Se
rapis/erat etiam ſimulachrũ/quod digito labiis impreſſo/ admo
nere uideretur/ut ſilentium fieret: hoc ſignificare idem Varro exi
ſtimat/ut homines eos fuiſſe tacerẽt. Hactenus Auguſtinus. Sed
in epiſtola Abammonis ægyptii ad Porphyrium/quam aut ĩ grę
cam uertiſſe orationem/aut certe compoſuiſſe Platonicus Iambli
chus exiſtimatur de deo quodam/ueluti ſecundo fit mentio/cui
nomen ægyptiaca lingua fecerit Icheon hunc oſtẽdit ſilentio co
li oportere. Quod idem etiam de ſũmi dei cultu prolixe Porphy
rius ἐντῷ περὶ ζώων ἀποχῆς Quin Dauid itẽ propheta pſal
mum ita quempiam inchoat.



Biblioteka Główna Uniw. im. A. Mickiewicza w Poznaniu

Lecha Dumiggia theilla elohim be ziggion
Id latine ſignificat/ Tibi ſilentium laus/ deus in Sion. Quod aliter tamen interpretes ſeptuaginta uerterunt: hoc eſt.
Te decet hymnus deus in Sion.
Quare Harpocratem puto ægyptii ſuis adhibebant ſacris: qui ſilentio colendum oſtenderet/ ſummum deorũ: Plinius quoq; de Harpocrate ĩ libro naturalis hiſtorie. xxxiii. hactenus meminit. Iam uero etiã Harpocratem/ ſtatuaſq; ægyptiorũ numinum/ in digitis uiri quoq; portare incipiũt. Vt ergo ad Catullianũ Lelium redeamus: Scite ille quidẽ/ ne obiurgaretur a patruo/ poſthabita illius quã comprimebat uxore/ ipſum iam cepit irrumare patruũ: eoq; pacto tacere coegit/ quoniã loqui fellator nõ poteſt.

## Caput lxxxiiii.

De libertinis/ qui uocentur dediticii.

i Nſtitutiones hę quę uocantur in iure ciuili/ Iuſtiniani principis nomine editæ/ ſed a Triboniano tamen/ doctiſq; aliis uiriſ/ compoſitæ/ etiã græce ſcriptę ſub eodem prorſus intellectu/ reperiuntur. Niſi quia ritus quidam/ cõſuetudineſq; Romanorũ ueteres/ uberius aliquanto/ & laxius in gręco ipſo/ q̃ in latino codice referũtur/ ut peregrinis hominibus/ atq; a Romanorum more/ cõſuetudineq; alienis: res tota penitus ĩnoteſceret/ Sed quod de libertinis iis/ qui deditícii uocabantur/ ſtrictius/ breuiuſq; in noſtris inſtitutionibus/ non alienum uiſum eſt ex græci uolumĩnis ſententia: prolixius hic/ atq; ob id etiã dilucidius explicare. Qui igitur apud antiquos manumittebantur/ modo maiorem/ & iuſtam libertatem/ conſequebantur/ & fiebant ciues Romani: modo minorem: & latini Iuniani ex lege Iuni Norbani fiebant: q illorũ quaſi ſectæ fuerit inuẽtor/ atq; auctor. Modo ẽt inferiorẽ/ & fiebãt ex lege Aelia Sentia deditícii. Nã ſiquis q̃diu ſeruiturẽ ſeruierat/ ſuppliciũ ex delicto dediſſet/ ut aut inſcriptus fuiſſet:

hoc eſt/ut notas & ſtigmata inuſta fronti accepiſſet: aut in publicũ carcerem coniectus/ aut ex delicto uerberatus/& ſe deliquiſſe confeſſus fuiſſet: dein gratia inita a Domitio manumitteretur/libertinus dediticius uocabatur: ad exẽplum uidelicet peregrinorum dediticiorũ. Nam cum aliquando peregrini quidam: Romanorũ uectigales/elatis animis/bellum repente aduerſus eoſdem ſuſcepiſſent/tũ uicti ui: abiectis armis/ſe uictoribus dediſſent: hactenus humane tractati ſũt a Romanis/ ut uitã quidem impetrarent/Sed hac uelut ignominia notarenẽ: ut dediticii deiceps uocati ſint: quia ſe dedidiſſẽt. Quare etiã libertinorũ hoc genus dediticii ſunt/ab Aelio Sentio nuncupati. Vt q i admittendo crimine uelut iidẽ fuiſſent/eodẽ quoq; nomine appellarẽtur.

## Caput lxxxv.

Cuiuſmodi apud Iuuenalem Cereris ludi accipiãtur: deq; Cerialium auctore Mẽmio.

I Vuenalis in ſatyra quartadecima ſic ait.

Ergo omnia Floræ:
Et Cereris licet/& Cybeles/aulęa relinquas.

Nemo ex iis poetę huius iterpretibus/ ſuper ludis Cereris quippiã locutus: Nõ quo nomine appellarenẽ/non quæ fierent in eis/non item a quo primitus celebrati: non ubi de his facta mentio: Quæ ſingula tamẽ/a boni/doctiq; interpretis officio/nõ abhorrebant. Quocirca totum id nobis ſarciẽdum: ne curæ iſtius noſtræ ſcrupuloſitas: in paruulis etiam momẽtis deſidereẽ. Ludi igiẽ Cereris: quorũ hic eſt memoria/Cerialia dicti: quibus equorum curſus in Circo celebrabantur: primuſq; eos .C. Memmius Aedilis Curulis fecit. Cornelius Tacitus in libro hiſtoriarum ſextodecimo/de Nerone principe loquens/Tandem inquit ſtatuere Circẽſium ludorum die: qui Cereri celebratur/exſequi deſtinata/ quia Cęſar rarus egreſſu/ domoq;/aut hortis clauſus/ ad ludicra Circi

uentitabat. Et paulo poſt. Vtq; Circẽſium Cerialiũ ludicrũ/pluri bus equitum curſibus celebraretur. Ouidius ĩ quarto faſtorum.

Circus erit pompa celeber/numeroq; deorum/
Primaq; uentoſis palma petetur equis.
Hic Cereris ludi/non eſt opus/indice cauſa

Dion quoq; hiſtoriæ ſcriptor in libro ſecundo/& quadrageſimo narrat/Potito iam rerum Cęſare: ędiles tum primũ duos ex patriciis/ quattuor ex plebe creatos! Sed duos illos ſupiores/a Cerere fuiſſe denominatos/idq; ab illo initio ſcribit ad ſuam uſq; ętatem permanere: Idẽq; etiã Dion libro ſeptimo/ quadrageſimoq;/ ante deuictũ Brutum eueniſſe ait/ut ędiles plebei gladiatorũ certamina pro equorũ curſibus Cereri exhibuerint. Præterea Laurẽtius Medices/uir omni laude præcellens/ nomiſmata compluria nobis oſtendit/quæ faciem uiri barbatã/& ĩtonſam habeãt/ cum duplici titulo. Quirinus &. C. Memmi: Altrinſecus autẽ Cereris imagũculã draconibus uehẽtẽ/cũ titulo huiuſmodi. Memmius. Aed. Cur. Cerialia Preimus fecit. Vbi etiã Preimus nõ primus cũ diphthongo in priore ſyllaba notatum obſeruauimus. Hũc nos putamus/aũt. C. ipſum Memmium fuiſſe: qui prætor cum. L. Domitio fuerit: quiq; Cęſari obiecerit etiam ad Cyathum & uinũ Nicomedi ſtetiſſe/cum reliquis exoletis: quiq; eundem Cęſarẽ aſperrimis orationibus lacerauerit: Mox reconciliatus/etiam ſuffragatorem in petitione cõſulatus habuerit: De quo ſic in epiſtola ad Atticum Cicero libro quarto. O uirũ. o ciuem Mẽmium. Cęſaris omnes opes confirmant/ cum eo Domitium cõſulem iunxerũt: qua pactione! epiſtolę cõmittere nõ audeo. Ad eumq; puto: uel certe ad filium liber poetæ Lucreti de rerũ natura ſcriptus. Siquidem & dignitas hominis/& tempora congruunt/niſi tamen arbitrari malumus/ filium potius eiuſdem. C. Memmi cognominem patri/ędilẽ Curulẽ tum factũ a Cęſare.

## Caput lxxxvi.

De fluctu decimo ſeu decumano: cuius permulti poetæ memine runt.

o Vidi poetæ uerſiculi ſunt in primo triſtium uolumine
Qui uenit hinc fluctus/fluctus ſupereminet omnes:
Poſterior nono eſt: undecimoq; prior.

Decumanum intelligit fluctum: qui fieri maximus dicitur/ſicutĩ oua quoq; decumana dicunẽ: quæ maxima. Nã & ouum decimũ maius naſciẽ. Ex hoc ſcuta quoq; decumana/ quæ eſſent ampliſſi ma ſunt appellata. Et decumana ĩ caſtris porta/ ab hoſte auerſa. Sicutiq; decumanus ĩ agro limes ab oriẽte ad occaſum non mihi ꝓpterea uideẽ dictus/ quoniã quaſi duocimanus/ ut. M. Iunius Nypſus opinatur: id. n. nimis durũ/ & coactũ! ſed quoniã longiſ ſimus/& maximus. Nam cardo ipſe iã dimidiatus decumano ſci licet anticipãte/cõſideraẽ. Sed de fluctu decimo/ſiue decumano/ ẽt ĩ undecimo Methamorphoſeõ poeta idẽ meminit his uerbis.

Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus undæ

Et Silius italicus libro. xiiii.

Non aliter Rhodopes boreas a uertite preceps:
Cum ſeſe imiſit/ decimoq; uolumine pontum/
Expulit in terras.

Sed & Seneca in tragoedia Agamemnone

Hæc onere ſidit: illa conuulſum latus
Sũmittit undis: Fluctus hanc decimus tegit.

Valerius etiã Flaccus argonauticon ſecundo ſic ait.

Quanta quoties & Palladis arte
Incaſſum decimæ cecidit tumor arduus undæ.

Lucanus quoq; in quinto pharſaliæ.

Hæc fatum decimus dictu mirabile fluctus
Inualida cum puppe leuat.

Vt uel hoc ipſum notabile ſit atque inſigne tantopere decimum iſtum fluctum uelut a conſpirante poetarũ choro celebrari.

Caput lxxxvii.

Quod erat in Ciceronis epiſtola uocabulum philotheoron/ corruptum dein improbe in nomen quod eſt philocteten.

iN Ciceronis epiſtola ad Trebatiũ: cuius initium. In equo troiano/ſcis eſſe/in extremo ſero ſapiunt: ita ſcriptum fere cunctis exemplaribus inuenitur. Deinde quod in britãnia non minus q̃ Philocteten te præbuiſti/planenon reprĕhẽdo. Diu me torſeram/maceraueramq;/eliciendo ſenſu de uerbis his/ neq; ꝓcedebat. Quorſum.n.de Philoctete hic Cicero?Sed.n.poſtea codicem illum uetuſtiſſimũ/Laurenti Medicis opera ſum nactus/quẽ & ſuperius citaui/ minus multo q̃ ceteri deformatũ/ inqnatum/ peruerſum/conturbatum.Nam in eo ſic erat.Deinde quod in britannia/non minus Philotheorum te præbuiſti/plane nõ repræhẽdo.Nam Philotheorus is eſt/qui ſpectationum ſtudioſus:qualẽ ſe Trebatius in britannia præbuerat:dum prĕlium fugitãs/otio ſe aſſerit/ĩ armis medius.Ex quo Ciceroni materia ioci/& cauilli.

Caput lxxxviii.

Vnde illud tractum fuimus troes: quæq; extent in litteris/ſuper lacedĕmoniorum choro/& cantico.

fVimus troes: hic loquendi color tã efficax:de conſuetudine chori illius lacedĕmonii:ductus/quaſiq; ĩ adagium aſcitus.Nam ut eſt ſcriptum apud Plutarchũ in libello/cui ſic eſt titulus/Quo pacto laudare ſe quiſpiam/citra inuidiam ualeat. Chorus erat lacedĕmoniorum trifarius:Senum/Puerorum/Iuuenum. Canebant aũt ſenes ita. ἄμμες ποτ᾽ ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι.Quo ſignificabãt fuiſſe quondam ſe robuſtos iuuenes.Pueri uero ſic. ἄμμες δεγ᾽ ἐσόμεθα πολλῷ κάρρονες. Ex quo ſe futuros lõge his meliores profitebantur.Iuuenum aũt cantio hæc. ἄμμες δέ γ᾽ εἰμεν αἰ δὲ λῇς αὐγάσδεο. Indicans ipſos iam id eſſe/ quod

uel illi fuiſſent/uel hi futuros ſperarent: eiuſq; rei paratos facere
periculum. Quod item ſcriptum in Diogeniani collectaneis. Cō
ſimile prouerbium de Mileſiis ponit Ariſtophanes in comoedia
Pluto. ϖάλαι ϖοτῆσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι. Vt iam nō eſſe eos
uiros fortes intelligamus: quos olim fuiſſe dicamus. Hoc intel
lectu Cicero de coniuratis agens/uixerunt inqt/extinctos ea uo
ce neſcio quo pacto ſignificantius declarans/minuſq; multo iui
dioſe/q̃ ſi plane dixiſſet occiſos.

## Caput lxxxix.

Quod Seruius grāmaticus bucolicos Maronis uerſus/tam men
doſe legit: q̃ falſo enarrat. Notataq; ibi & relata quædam ſup ini
tiandis pueris: ſuperq; dis aliquot ueterum/ maximeq; geniis &
Iunonibus.

i N bucolicis Vergilianis hi duo ſic uerſiculi leguntur.
Incipe parue puer cui non riſere parentes:
Nec deus hunc menſa/dea nec dignata cubili eſt.
Quos enarrans Seruius haud inceleber grāmaticus & uerā lectio
nem/(quod eius pace dixerim)contaminat/& fabulam ſibi ex tē
pore cōmodoq; ſuo confingit/contra omnem ueterum auctorita
tem. Neq;.n.cui/ſed qui legendum: hoc eſt nō caſu datiuo/ſingu
lariq; numero: ſed plurali nominatiuo/ quanq̃ utrobiq; apud ue
teres eadem uox/iiſdēq; notata litteris: ſicuti ī primo Quintilia
ni de inſtitutione oratoria/non oſcitans lector inueniet. Ex quo
etiamnum uerſiculus/in.vii. Valeri Flacci Argonauticon libro.
Curaq; cui profuga forſan tenet alta carina.
Etiamnum inq̃ iſte uerſiculus/ cui retinet/ nō qui: tam ſcilicet in
uetuſtiſſimo codice/ de quo reliqui fluxere: q̃ in his quoq; puul
gatioribus. Quod autem dicimus qui legendum/nō cui! docet
idem Quintilianus ī nono/ figuram eſſe declarans hic in nume
ro/ſic ut plurali ſingularis ſubiungatur. Ex illis.n.inqt: Qui nō

riſere/hunc non dignata. Quis aũt dubitet /quin de Vergilianæ
lectionis incolumitate Quintiliano credendum ſit potius /q̃ Ser
uio/prȩſertim/qui manum quoq; Vergili citet aliquando/& Cice
ronis. Quocirca manifeſtum eſt quod diximus/ mendoſe locũ a
Seruio adduci. Fabulam aũt ſibi eundẽ ex propoſito/cõmodoq;
finxiſſe qs non uideat:/cũ nuſq̃ ob id præcipitatũ fuiſſe Volcanũ
legamus:quoniã deformis natus: quoniãq; ei nõ Iuno arriſerit:
Et.n.poeta Homerus ob id ait/ quod matri cõtra Iouem patrem
ſuppetias tulerit: Natus.n.ex Ioue & Iunone ſecũdum Homerũ
Volcanus:licet ex Iunone ſola fingat Heſiodus in theogonia ſi
cuti ex ſolo Ioue Minerua dicit̃. Vnde ἀϖάτωρ a Theocrito uo
catur in ȩnigmatio: cui βωμοσ inſcriptio: Quare parẽtes ad Io
uem Iunonẽq; uix ſatis etiã proprie referẽtur. Sed & illud ſane q̃
frigide Seruius idem/quod neq; admiſſum ad epulas deorũ Vol
canum dicit:neq; diuinos honores meruiſſe:quẽ Varro etiã inter
ſelectos deos numerat ſeptimũ. Tum ne ꝓceſſerit qdem uel iſto
pacto quod molit̃ Seruius:quãdo nõ ob id ait prȩcipitatũ/quod
haud riſerit/ ſed quod ipſi haud arriſũ. Viderimus/utrũ ne ipſe
mox credibiliora ſuſpicet: certe iam Seruius ueriſſimis reuincit̃.
Et qdem ſic ego legerim/ſic enarrauerim. Parẽtes Salonini pueri/
de quo nũc agitur/ut ſit parentes uocãdi caſus/ hunc qui nõ riſe
re/neq; deus menſa dignatus neq; dea cubili: hoc ẽ nec Genius/
nec Iuno uitalibus auris dignũ putauere hunc/ ex illis q nõ riſe
re:ut ſit figurate dictum Quintiliano teſte/pro eo quod eſt hũc/
qui nõ riſit:uel qui e numero eſt eorũ/qui nõ riſere. Credebat̃ enĩ
habere quiſq; ſuũ deum ſuãq; deam/hoc eſt ſuum geniũ/ſuãq; Iu
nonẽ uitæ præſides. Hos igit̃ indicauit Maro Catexochen. Mẽſa
enim Genio cõuenit/ut

Funde merum genio:

Iunoni lectus. Quod Iunius quoq; Philargyrius docet/hũc ipſũ
ita interpretãs locum:Pueris inqt nobilibus editis/ĩ atrio Iuno
nis Lucinæ lectus ponit̃ Herculis mẽſura. Sed & apud Varronẽ

lectum eſt/initiari pueros/Educę:Potinę:& Cubę/diuis edendi:
potandi:& cubandi:ubi primū a lacte:& cunis transferunt: Quā
Varronis auctoritatem/Donatus ĩ Phormionē Terentianam ad
ducens!etiam hũc ipſum citauit Maronis uerſiculum: atq; idem
Probum quoq; retulit adnotaſſe. Menſa igitur/& lectus argumē
ta uitalitatis/quod initiis ipſis adhiberent̃. Ceterū habet homo
ſuam ſibi ridēdi ꝓprietatē. Qui uero nō rideat: ei qui poteſt eſſe
uita uitalis/ut ait Enniuſ?Deum uero/deamq; ad has referre Var
ronis Educā/Potinā/Cubāq; nequeas: quod hę feminæ omnes/
ut Auguſtinus etiā in libro de ciuitate dei ſexto/declarauit. Sed
nec ad Pilūnum ratione pari & Pitūnum/coniugales deos/q̄bus
ut ait Varronē ſcribere Marcianus ĩ ſecūdo libro de uita patrum/
natus ſi erat uitalis ſimul ab obſtetrice fuerat ſublatus/ &ĩ terra
ſtratus/ut eſſe rectus auſpicaret̃/ ſternere etiā ĩ ędibus lectum cō
ſueuerūt. Reſtat igitur/ uti quod de Genio/& Iunone diximus/
auctoritatū quoq; tibicinibus fulciat̃. Plinius itaq; naturalis hi
ſtorię primo/Cū ſinguli inq̄t ex ſemet ipſis/ totidē deos faciant:
Genios/ Iunoneſq; adoptādo ſibi. Seneca epiſtolarū ad Luciliū
undeuigeſimo. Ita tamē ait hoc ſeponas uolo/ut memineris ma
iores noſtros q̄ crediderint ſtoicos fuiſſe: ſingulis.n.& Genium
& Iunonē dederūt: Vnde arbitror Iuuenalis.
Et per Iunonem inq̄t domini iurante miniſtro.
Hoc.n.reprehēdit ſatyricus poeta/ quod non ꝑ Genium!ſed per
Iunonem domini miniſter iuraret: uidelicet more muliebri. Quo
circa ſic illa apud Petroniū arbitrum Quartilla loq̄tur. Iunonem
meam iratā habeā/ſi unq̄ meminerim uirginē fuiſſe. Nam infans
cum paribus inq̄nata ſum/& ſubinde ꝓdeuntibus annis maiori
bus me pueris applicui: donec ad hāc ętatē perueni. Hinc etiam
puto natū prouerbium illud/dicat̃ ut poſſe taurum tollere! q̄ ui
tulum ſuſtulerit. Ceterum ſi detur modo:non iniquā plane a no
bis peragi reprębenſionem: labaſcereq; iam cōmentū iſtud Seruia
num: quod anteaq̄ talia ꝓdebamus/ pro ĩdubitato obtinuerat:

Reliqua in medium (ne nobis blandiamur:) libera opinaturis relinquemus.

## Caput lxxxx.

Qui uir Theodorus Gaza: quantumq; tamen lapſus in Ariſto telis problemate uerſo.

N On recuſo: quin ſub cenſuram ſub aleãq; ueniat: qualecũq; hoc erit/de quo ſcribam: dum ne ſint i hoc albo duæ mihi maxime ſuſpectæ litterariæ peſtes/inſcitia/ inuidiaq;: dum ne qs mihi amuſoteros: (ut uerbo utar quo Symmachus) dũ ne qs opi cus: dũ ne qs durus/& contumax & in hominis uerba/q̃ in ueri fidem iuratus! contingat iudex. Quod ſi iudices etiam nũcupã di! non Tarentinos equidem/& Cõſentinos/& Siculos mea iſta legere: ſicuti ſua quædam Lucilius! Sed latinos homines/ græcæ litterature non ignaros: non Iunium Congium uolo! ſed Scipio nem/ſed doctiſſimum omniũ Perſium/atq; Rutilium: hoc eſt ſiq ſunt illis compares: macti prudentia/ingenio/doctrinaq; uiri: ad quorum iudicium iure ſit elaborandum: qualis puta ſi liceat/ is ipſe eſt/qui mihi inſtrumenta ſtudiorum tam multa/ otiumq;/al tiſſimum ſuppeditat/auis/ atauiſq; potẽs/ Medices Laurentius/ Florẽtinæ reip. columen/ cuius cum iudicium illud circumſpectiſ ſimum/ & naturalem quandam mẽtis altitudinẽ maximę quæq; in actu rerum/uel ciuitates experiuntur uel principes/tum eundẽ in litteris/& humanitatis/ac ſapientiæ ſtudiis/ei deniq; nõ admi rantur/q non penitus ut ipſi/qui non introrſus inſpexerũt. Qua lis eſt itẽ Iohannes Picus hic meus e Mirandulanis principibus abſolutiſſimuum naturę opus: a quo philoſophia latine iam me ditans loqui/ſummum puto faſtigium accipiet: Quales pręterea duo illi! ſed una deuincti amoris copula: Veneti patricii ſũt Her molaus Barbarus/barbariæ hoſtis acerrimus/qui latinæ philoſo phię uelut arma/inſtrumẽtũq; uerborũ: ſic aut aure diligẽtiſſima

terget/aut incude noua fabricaꝛ̃:ut ob ipſius induſtriã iam nunc
pene in iſto quidẽ genere/uel nitore/ uel copia uiuamus ex parĩ
cum græcis:Et Hieronymus Donatus:uir neſcio utrum grauior:
an doctior:an etiã humanior:certe omni lepore affluẽs:omni ue
nuſtate:cuius tamẽ ob id uereor/ ne leuior cuiq̃ cenſura uideaꝛ̃:
quoniã me pulcherrimo carmine! Sed & epiſtola una atq; altera
mire laudauit.Licet.n.tantũ boni de me ipſo:qui multũ a tolera
bili/ne dum a perfecto abſum!pudeat credere:magis tamẽ tanto
uiro pudet nõ credere/talia de me:ſic (ut apparet) ex animo affir
manti.Quare iſtis qdem paucis/aut eorum ( ſiqui ſunt) cõſimilĩ
bus/dum noſtra hæc qualiacunq; ſunt arriſerint: floccipẽdo iam
nunc/imagines penitus/umbraſq; laruarũ: qbus natura eſſe dicĩ
tur (ut ſancti uiri uerbis utar) terrere paruulos/ & in angulis gar
rire tenebroſis. Theodorus igitur Gaza uir græcus/& ut doctis
etiam uidetur eruditiſſimus! Ariſtotelis problemata uertit i latĩ
num!Sed in quo problemate quęriꝛ̃/ Cur homines/qui ingenio
claruerũt/uel in ſtudiis philoſophię/uel in rep.adminiſtrãda/uel
in carmine pangẽdo/uel in artibus exercẽdis melancholicos oẽs
fuiſſe uideamus: & alios ita ut etiã uitiis atræ bilis infeſtarẽtur/
in eo manifeſtius utiq; (ni fallor ) inſigniuſq; extitit ĩterpretis er
ratum/q̃ ut excuſari iam/diſſimulari ue poſſit.Nã cum illic exem
pla ſubiiciat Ariſtoteles/heroũ qui laboraſſe dicanꝛ̃ atra bile:prĩ
mumq; de Hercule agat/fuiſſe illũ nimirũ tali habitudine/ ſignis
argumentiſq; collegit iſtiuſmodi. Quod & Comitialis morbus
ſacer ab eo ſit dictus:& filios occiderit uecors/ut ĩ Senecę tragoe
dia tractaꝛ̃: & anteq̃ obiret/ſcatẽtiũ ulcerum eruptione laboraue
rit:Vnde Illa puto nexea tunica uenerit in fabulã/ nã hoc quoq;
uitium atræ bilis eſt: Ex quo etiam Lyſandro lacedęmonio ꝓxĩ
me ante obitũ/genus id inquit ulcerũ emerſit.Theodorus itaq;/
quod ad filios & ad ulcera Herculis attinet/ ita deniq;ĩterpreta
tur.Puerorum quoq; inquit motio mentis idem hoc explicat/ &
eruptio ulcerũ:quę mortẽ interdum antecedit:Cum ſit ita gręce.

καὶ ἡ περὶ τοὺσ παῖδασ ἔκστασισ καὶ ἡ πρὸ τῆσ ἀφανίσεωσ αὐτοῦ ἐντῇ ἑλκῶν ἔκφυσισ γενομένη. Neq; autem dubitem ex uſu eſſe/ anteq̃ ipſi locũ uertimus/ perpendere diligẽtius/ quid ſibi illud uelit ἐντῇ. quod ille diſſimulat/ quæ ue de prępoſitione articuloq; illo abiuncto ſentẽtia elici poſſit. Et quidẽ ego ſic arbitror legendum corrigendũq; ἐν ὄιτῃ. ut ſit ad uerbũ ſenſus: Et i liberos ſuos pauor/ ſeu mauis dicere mẽtis exceſſus: & ante obitum ipſius in oeta ulcerũ eruptio. Quod aũt pauorẽ maluimus/ aut mentis exceſſum uertere/ q̃ ut iſte/ motionẽ mẽtis: quæ gręce ſit Ecſtaſis: auctorẽ ſequimur i priore: quẽ pſalmorũ probat interpretem/ Pictauiẽſis Hilarius: in poſteriore Hieronymũ/ qui tamẽ alicubi ſolitarium quoq; illud exceſſus/ latine ꝓ illo Ecſtaſis reddidit. Nam pauorẽ Cicero quoq;/ metũ definit eſſe/ mentem loco mouẽtem. Sed de nomine alias. Nunc quod inſtat. Profert exempla Ariſtoteles/ per quæ manifeſtũ fiat/ Herculem quoq; atra bile uexatum/ ſicuti dein Aiacem/ Bellerophontẽ/ ceteroſq; oſtendit/ ut ſenſus/ ordo/ ratio/ pręttereaq; ueritas inexpugnabilis/ & uinci neſcia/ noſtræ prorſus iterpretationi ſuffragent̃. Quorſum. n. hic de pueris mente motis in mediis agat̃ heroibus? aut quæ magis ętas a bile hac atra quẽ furorem dicimus/ q̃ puerilis abeſt? Quid aũt generalem hanc ulcerũ ante obitũ eruptionem accipit/ quod neq; uerba ſignificant Ariſtotelis: & plane illius propoſito uolũtatiq; contrarium? Nẽpe q probare nitat̃/ ex argumẽtis qbuſpiã/ atq; exẽplis/ nõ pueros/ nõ quoſlibet/ atra bile/ ſed heroas/ maximoſq; uiros inqetari. Quin illud etiã diligẽtius cogitandum: ſacer ne tantũ morbus ut Ariſtoteles ait/ an etiã Herculeus/ quod de ſuo Theodorus adicit: appellet̃. Atq locum eũdem male uerſum/ a Petro etiam Aponenſi/ cui cognomẽtum ex re Cõciliatori factũ/ naturæ rerũ ac medicinæ cõſultiſſimo! Sed ut tũ fuere tẽpora/ parum linguę utriuſq; perito homine minus eqdem indigner/ Is aũt errantẽ/ ſuo ſemet indicio prodit/ in cõmentario quodã ſuper hæc ipſa ꝓblemata cõpoſito. In eas. n. ſe cõiecerat anguſtias/

ut explicare nil poſſit: ac ſtuporē / ſiue quod ait ipſe cōgelationē quæ pueris accidat / denominari inde cogaẽ dicere / hoc ē ( ut arbitror ) ab Hercule. Quod ego illi tū dedero / cū denoīationis iſtius uox quępiam indidem pronuntiabitur. Sed enim Theodori cauſam facile iam quiuis impulſam / proſtratam / conſtrictam / ſciat: etiam ſi nihil adiciamus. Quin ipſe credo / ſi reuiuiſceret / & de hoc admoneretur / neutiquam pro recto defenderet: ſi plus uero daret / q̄ ſtudio: potius ut in duodecim ſcriptis adſolet: Quoniā mori ſemel peniteret: concedi ſibi poſtularet: ut calculum reduceret. Nec autem nos hæc de eo notaremus: ſi non plurimi faceremus. Non enim ſic dementis otii ſumus / ut incolumi dignitate noſtra / uelimus eo abuti: contra recentem / nimiumq; iam triuialium nugamentorum prouentum: Contraque iſta pene dixerim mendicabula & propudia garrulorum: neſcio riſu ne explodenda magis / an ſilentio diſſimulanda: Quo perpetuo ignobiles / inter ſuas ineptias deliteſcant. Hoc autem dumtaxat attulimus: non quidem obſtrigilandi / quod dicitur cauſa: ſed admonendi potius ſtudioſos / qui ſcribendi onus hoc laborioſiſſimum pariter / inuidioſiſſimumque ſuſceperint / Nequid unquam de intentione remittant / neu parcant / induſtriæ / operæque: ne ue indulgeant ſibi / aut oneri cedant. Circumſpiciant undique / librent / penſent / exigantque ſingula / nihilque non olfactent / non excutiant / non examinent / non caſtigent etiam / atque etiam / ac ſub incudem ſępius reuocent: Conſulantque interim uel minus eruditos / & tenuiorum ( ut ita dixerim ) uiriculas non aſpernentur. Quando ita ferme comparatum eſt: ut in alienis erratis lyncei ſimus / in noſtris lippi / cæcique: ac non uideamus ut Catullus ait.

Manticæ quod in tergo eſt.

Sed ī primis caueant hoc tamē: qui ſcribūt / ne dū nimis ad uota laudum properant: cruda adhuc in publicum ſua ſtudia propel

lant. Illud in Theodoro mirari me fateor: Quid ita ſcripſerit in
præfatione librorũ de animalibus Ariſtotelis/quibus unis præci
pue commendatur: adiutum ſeſe a nullo: nec certare adeo cum
ceteris interpretibus: quos inquit uincere nullum negotium eſt:
Cum libros eoſdem ſic Georgius Trapezũtius ante ipſum lucu
lente uerterit: ut uel redditis quæ apud ueteres inuenerat: uel per
ſe denuo fictis/excogitatiſq; uocabulis/latiam prorſus indolem
referẽtibus/uitio factũ noſtro/primus opinor iuniorũ/docuerit:
cur ipſi minus multas q̃ græci rerum appellationes habeamus.
Hos igitur ſi quis libros diligenter legerit: minus profecto Ga
zã laudabit/pene illius ueſtigiis inſiſtentem: Quin ſi homo erit
ingenuus/ credo ſtomachabitur: ſic a Theodoro diſſimulatum!
per quem maxime ꝓfecerat: ſic habitum pene contemptui/ ludi
brioque! cuius potiſſimum laboribus inſidiabatur. Nobis uero
ẽt fortaſſe habebit gratiã/ quod iſta reddere ſuis auctoritatibus
contendamus. Nam quantum ſibi Georgius in eo placuerit ope
re: uel illa de præfatione uerba ſignificãt/ꝗbus ſeſe libros eos la
tinis ait non minus elegantis/ emendatoſque dare/q̃ apud græ
cos habeantur. Sed & hoc ad ſe trahere Theodorus conatur/ ut
item quæ de menſibus græce prodidit/ex huius potiſſimum de
qua loquimur interpretationis prohoemio ſublegũtur. At enim
fuere (ſicut apparet) acerbiſſimæ inter hos græcos inimicitiæ: Sic
ut in grammatico quoque ſuo commentario Theodorus: Geor
giũ uocet hunc Pornoboſcon: quod alentem ſcorta ſignificat: Al
ludens arbitror ad Georgiũ ueterem grãmaticum/cui cognomen
tum græci Choeroboſcon dixere. Cetera porro/quæ Theodorus
hic edidit: ubi modo non repetundarũ ſit accuſandus/ ſicut eru
ditione/ diligentiaque non carent: ita ſunt (ut mihi quidem ui
detur) ad examen quoddam ſtrictius/curioſiuſque reuocanda.
Nos hoc loco nec doctorum nitida nomina temptamus apud
imperitorum decolorare iudicia! nec tamen diſſimulare: Quid

in quoq; deſideremus/ aut inhonoratũ tráſire uolumus: cui ueri tas patrocinetur! Vt autem habere ſtilum q̃maxime ingenuum/ paratumq; uolumus/ita q̃minime accuſatorium/ q̃minime licen tioſum & noxium: Nec enim tam uafritiam profitemur/ q̃ exhi bemus induſtriam. Quid autem nos olim de doctrina ęſtimaue rimus ĩgenioq; Theodori: græcis aliquot & latinis epigramma tis teſtati ſumus: quorum nunc unum dumtaxat/ idq; græcũ ſu biciemus: Siquis tamen hæc quoque/ſiquis captus amore leget: Igitur ſic eſt.

κεῖτο μέγασ ποτ᾽ ἀγὼν γαζῆ θεοδώροιο ἀμφὶ
μούσαισ τ᾽ αὐσονίαισ ἠδ᾽ ἑλικωνιάσι.
ταῖσ μὲν γὰρ γενεὴν ταῖσ δ᾽ αὖ θρεπτήρι᾽ ὄφειλεν
ἑλλὰσ γὰρ τέκε τὸν γ᾽ αὐσονίη δ᾽ ἔτραφεν
ἶσον δ᾽ ἀμφοτέρων σοφίῃ γλώττῃ τ᾽ ἐκέκαστο
τὸν δ᾽ οὔτ᾽ αὐτὸσ ζῶν οὔτ᾽ ἂρ ἔκρινε θανὼν
ἀλλὰ καὶ ἰταλίησ μεγάλῃ ἐπὶ ἑλλάδι κεῖσθαι
εἵλετο. ὄφρα κλέοσ ξυνὸν ᾗ ἀμφοτέραισ

Caput lxxxxi.

Quo pacto uir idem græce tranſtulerit: quod eſt apud Cicero nem/Suadę medulla/poſitiq; Eupolidos uerſus de Pericle: tũ indicatum: quibus deniq; dea Pitho/latinis appellationibus cenſeatur.

Libellum Ciceronis Aureolum de ſenectute Theodorus idẽ Gaza non incommode profecto nec infeliciter uertit ĩ græ cam linguam. Sed eſt in eo quoq; (nequid grauius dixerim) pau lo nonnunq̃ indiligentior. Illud interi pro argumento ſit: quod ubi ait ſtrictim Cicero. M. Cethegum ab Ennio Suadę medullam dictum: uocabulum illud Suadę medulla/ μελίγηριν Theodo rus/ quaſi tu dixeris dulciloquum interpretat̃. Cum Cicero idẽ in Bruto/locum hunc Enni/uerbaq; ſic ampliter exponat. Suadę

medulla inquit Pitho quam uocant græci/ cuius effector eſt ora
tor/ hanc Suadam appellauit Ennius. Eius autem Cethegum me
dullam fuiſſe uult: ut quam deam in Pericli labris ſcripſit Eupo
lis ſeſſitauiſſe: huius hic medullam noſtrū oratorē fuiſſe dixerit.
Hactenus in Bruto Cicero: Quo apparet utique non intellectum
a Theodoro locū. Neq; enim μελίγηριν debuerat/ ſed πειθοῦσ.
μυελὸν interpretari. Neque id pluribus tamen arguemus: q̃a uer
borum diſceptationis res non eſt/ arbitro eius & cognitore. M.
Tullio. Quoniam autem. M. Tullius etiā Eupolin citat: q̃ deam
ſcripſerit hanc perſuadendi: ſeſſitauiſſe ī Pericli labris: quā Pitho
uocet ipſe: Suadā uero Ennius/ Agedū (ſi placet) ipſos ex Eupo
lidos δήμοισ (Id enim comoediȩ nomē) uerſiculos ſubiciamus
gratum puto futurum ſtudioſis/ ſi ceu ſpicilegiū racemationēq;
faciamus: aut ſi tabulas ueluti quaſpiam ex hoc litterarum nau
fragio collectas in corpus aliquod reſtituamus. Sunt autē quos
inueniamus hi.

κρτάτιστοσ οὗτοσ ἐγένετἀνθρώπων λέγειν
ὁπότε παρέλθοι. ὥσπερ οἱ ἀγαθοὶ δρομεῖσ
ἐκκαίδεκα πόδων ᾕρει λέγων τοὺσ ῥήτορασ
ταχὺν λέγεισ μεν πρὸσ δ' ἐγ' αὐτοῦ τῷ τάχει
πειθώτισ ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖσ χείλεσιν
οὕτωσ ἐκήλει καὶ μόνοσ τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖσ ἀκροωμένοισ.

Neque autem iſtos Eupolidis poetȩ uerſus/ ex ipſius ſtatim fon
tibus hauſimus: ut cuius opera ætate interciderint/ ſed eorū par
tim ex īterprete quopiā Ariſtidȩ Rhetoris accuratiſſimo: parti ex
epiſtola Plini iunioris accepimus. Quin Ariſtides ipſe/ oratione
quȩ p̱ Pericle īſcribit̃ comici eiuſdē teſtimoniū aduocās ita loq̃t̃
μόνον δὲ πειθώτισ ἐπεκάθιζεν ἐντοῖσ χείλεσιν. Quā āt uocauit
Ennius ſuadā: puto eandē Suadelā Horatius. Sed bene (iq̃t) nū
matū decorat Suadela/ Venuſq;: Neq;.n. aſſētiā Porphyrioni/ Ve
neris id epitheton exiſtimāti. Nā Cicero ī libro de oratore tertio/

cum de Pericle loquatur Leporem maluit nuncupare/ q̃ Suadam ſic inquiens/ Cuius in labris ueteres comici: etiam cum illi male dicerent/ quod tum athenis fieri licebat/ leporem habitaſſe dixerunt/ tantãq; in eo uim fuiſſe/ ut in eorũ mentibus qui audiſſent/ quaſi aculeos quoſdam relinqueret. Cõtra autem Quintilianus Ne enuntiare quidem iſtius deæ latinum auſus nomen/ ita in decimo ſcribit oratoriarum inſtitutionum. Et quod de Pericle ueteris comoediæ teſtimonium eſt/ in hũc transferri iuſtiſſime poſſit: in labris eius ſediſſe quandam perſuadendi deam. Porro Marcianus: modo Suadam/ modo Pitho nuncupat. Nos eandem i poematis Manto/ Ambraq;/ noſtris/ modo Suadam/ modo Leporem: uidelicet Ennium/ Ciceronemq; ſecuti.

## Caput lxxxxii.

Qui ſint apud Liuium Cauſarii.

Liuius in ſeptimo ab urbe cõdita/ Tertius inquit exercitus/ ex cauſariis/ ſenioribuſq;/ a. T. Quintio ſcribatur/ qui urbi/ moenibuſq; præſidio ſit. Cauſarii q ſint/ nõ temere qui tibi explicet inuenias! Sed id ex uerbis tamen Vlpiani iureconſulti libro ſexto ad edictum facile colliges. Ea ſunt in tertio ſcripta digeſtorum uolumine: quo titulo de his agitur/ qui notantur infamia. Verba ita ſunt. Ignominiæ cauſa miſſum/ hoc ideo adiectum eſt: quoniam multa genera ſunt miſſionum. Eſt honeſta/ quæ emeritis ſtipẽdiis/ uel ante ab imperatore indulgetur: & Cauſaria: quæ propter ualetudinem laboribus militię ſoluit: Ex quibus uerbis ratiocinari poſſumus: Cauſarios ꝓprie dici milites ualetudinis cauſa miſſos.

## Caput lxxxxiii.

Vindicata Iuſtiniani principis pręfatio quæpiam/ a uitiis/ mendiſq; aliquot.

p Vdet me ſęculi nonnunq̃ iſtius / ĩ quo ſum natus indocti / nimis & arrogantis / uerſantẽ animo identidem quæ mon ſtra rerum / uerborũq; / libros etiã ipſos legum / qbuſ regimur / occu pauerint: Sicuti quod nuper dubium ridens / an ſtomachans ad notabam in epiſtola Iuſtiniani: quę poſita eſt ante digeſtorum li bros Theophilo Dorotheo / Theodoro / Iſidoro / & Anatolio / & Thalleleo / & Cratino / uiris illuſtribus / anteceſſoribus / & Salami nio uiro diſertiſſimo ſcripta: Nã cum doceat illic Imperator anni quarti / ſtudioſos / græco uocabulo lytas appellatos: & item qnti prolytas / ut ĩ pandectis extat illis archetypis / cuncta nunc habẽt exemplaria hircos in priore: coloritas ĩ poſteriore loco nihili uo cabula! Sed quæ tamẽ ab Accurſio pro maxime idoneis enarren tur. Quin primi anni auditores / nõ diſpondii (quod uulgo) ſed dupondii / ſicut in archetypis inuenio / tam friuolo ut idem ait / q̃ ridiculo cognomine / appellabant̃. Sed & in eadem epiſtola (ut in tranſcurſu hoc quoq; oſtendam) deſiderantur uerba de ſexta Ilia dos Rhapſodia: cum Glaucũ & Diomedem nominat imperator inter ſe diſſimilia permutantes. Etenim poſt id uerbum / ſequi ſta tim debet hic Homeri uerſus / ſi archetypo credimus.

χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοια ἐννεαβοίων.

Caput lxxxxiiii.

Lepidum Seueriani cõmentum / de lunæ factura & ſolis: deq; mẽ ſtruis diebus & annuis.

p Ercurrimus aliquando ego / & Picus hic Mirandula nunq̃ ſatis homo laudatus / ſubſiciuis horis / antiquos enarrato res / inſtrumenti ſacri ueteris / græcos maxime Diodorum: Philo nem: Gennadium: Aquilam: Origenem: Baſilium: Didymum: Iſi dorum: Apollinarem: Seuerianum / alios id genus cõpluris / quo rũ ille ſicutiq; latinorum ſententias omnis / q̃ diligentiſſime cum Iudęorum / & Chaldęorum interpretum conferens opinionibus /

nihil nõ euentilat: & pẽſiculat: unde modo/aut ueritas elici: aut obſcuritas tolli/aut roborari fides/ aut refelli poſſit ĩpietas. Sed quod apud Seuerianum ſuperioribus diebus/auctorem luculentum memini nos legere/uiſum eſt haud indignum: quod in hũc acciperet̃ gregem. Solem factum a Deo primitus/ & Lunam legifer Hebręus prodit: quarta mox ut orbem ĩchoauerat die: qui tamen/quoniam alterum diei: nocti alteram præfeciſſet: etiã illum in orientis credi poteſt: hãc in occidentis poſuiſſe confinio. Nec autẽ debuit (quemadmodum quidem hic opinatur) ſic a principio ſtatim lunã fingere Deus/ut detrimẽto affecta: ut decerpta: ut gracileſcens: ut diſcriminata: ut inanis: ut diluta: ut exhauſta foret lumine: qualẽ nunc eſſe eã uel naſcẽtem: uel ĩtermeſtruam: uel ſeneſcẽtem: uel incoitu/ uel in ipſo quoq; deliquio uidemus. Quin orbe pleno potius: ĩtegroq; circulata: nõ gibboſa: nõ prætumida: nõ ſinuata: nõ corniculãs: nõ diuidua: nõ ſilẽs. Et.n. iſta dein multiformitas temporum erat & noctium & dierum uelut ĩterualIaris/& diſcriminatrix futura. Quocirca edito recens/& matutinos ingrediẽte carceres Sole/ Luna prorſus eregione/ mętam finitoris/radebat occiduam: munifex tũ primum orbis/& in ſuo quaſi dixerim tirocinio. Sed ut ad occidẽtem Sol ipſe circũactus eſt: etiã inuicem peruecta Luna ſuo curriculo eſt ad orientis collimitium. Sic igit̃ audientes dicto/diei pariter pręfuerunt/noctiq;. Cur aũt non ſe tum potius/quartæ Lunę facies exhibuerit: quota eſt edita die? quoniam ſummũ inquit/ luna quarta tenere occidentis limitem nequiuiſſet. Ita rotundata ſpecie: plenoq; prorſus ore quintamdecimam pro quarta exhibens/ undecim ſibi dies/ uelut arrogauerat: ac totidem plane diebus Luna/Solem/natura præuertitur. Ex quo fit ut Soli etiam iure dies illos undecim Luna quaſi bona fide reſtituat. Nã cum ſit undetriginta/ & ſemiſſis dierũ mẽſtruus Lunæ calculus? diſſultat hinc/annarius duodecĩ menſium numerus e diebus omnino. ccc.liiii. Quæ ſumma: undeci ſibi alios agglutinãs/quos a primordio Luna ſicut auctariũ

præſumpſerat/annum conſtituet hunc ſolarem.ccc.&.lxv.dierũ.
Tantum Seuerianus/lepidiore tamen puto/q̃ ueriore commẽto:
quo etiam creſcere ĩ immenſum poſſit fabularis illa de Arcadum
uetuſtate ſuperlatio: qui proſelenoe quod eſt antelunares appel
lati:ſi fuerit in confeſſo diebus eſſe undecim lunam/nõ tam mun
do ipſo/q̃ initiali quoq; die maiuſculam.

Caput lxxxxv.

Græcum elegans adagium ſuper xeniis digeſtorũ exemplaribus
reſtitutum.

l Ibet in gratiam iureconſultorum reſtituere græcum quoq;
prouerbium ſublatum plane de ipſorũ libris! ſed integrũ
adhuc in archetypo: ſicut in epiſtola quapiam diui Seueri/ & im
peratoris Antonini reperitur:ea citatur ab Vlpiano/in primo de
officio proconſulis/eodemq; titulo ponitur in digeſtorum libro
primo. Verba ſunt hæc epiſtolæ: Quæ quoniam elegantiſſima/&
plena bonę frugis: ediſcẽda iis cenſeo: q remp.geſturi. Quantũ
inqt ad xenia pertinet/audi quid ſentimus. Græcum prouerbiũ
eſt.ὄυτεπάντα . ὄυτεπάντοτε. ὄυτεπαρὰπάντων. Nam ualde in
humanum eſt a nemine accipere! Sed paſſim uiliſſimum eſt/&per
omnia auariſſimum.Sic illi.Porro græca uerba/poſſis ad hunc in
terpretari modum:Nec omnia:nec paſſim:nec ab omnibus.

Caput lxxxxvi.

Quanta in muribus ſalacitas:& Aeliani uerborum interpretamẽ
tum:atq; inibi locus apud Martialem correctus & enarratus.

i Nſeptimo epigrammaton uulgatis quidem codicibus ita
eſt apud Martialem.
Nã cũ me uitã:cũ me tua lumina dicis!
Sed.n.uetuſtiſſimi quiq; ſic habent:

Nam cũ me murem: tu cũ mea lumina dicis.
Quod tamen a nullo eſt hactenus animaduerſum/aut emẽdatũ.
Quæri uero poteſt: quo intellectu puella blandiens amatori/murem eum uocet. An eodem quo etiam paſſerculum ſolet: quia mures quoq; perhibentur ſalaciſſimi: ſicuti ſcriptũ inuenio libro Aeliani duodecimo de animaliũ ꝓprietate/ uerbis ad hãc ſentẽtiã. Ferunt autem mures inquit ſalaciſſimos eſſe/teſtemq; adducunt Cratinum ſcilicet in fugitiuis: Age nunc tibi deſereno aduerſus mollitiem muris fulgurabo Xenophõtis. Sed enĩ feminã quoq; murem narrant ad ueneria eſſe prærabidam. Rurſumq; apud Epicratem in choro. Fabula enim hæc Epicratis eſt. Poſtremo ſubiit me deteſtabilis lęna: deierans per puellam: ꝑ Dianam: per pherſephattam: eſſe uitulam: eſſe uirginem: eſſe pullam indomitam. At illa Cauus erat murinus. Superiectione eã ſalaciſſimam dicere uoluit: cum Cauum prorſus murinum uocitauit. Et Philemõ: Mus albus/cum quiſ eam! Sed pudet fari. Clamauit adeo ſtatim Deteſtanda lęna/ut ſępe latere nõ eſt. Hactenus Aelianus: auctoritatibus etiã magni nominis comicorũ ſuccenturiatus.

Caput lxxxxvii.

Automaton legendũ in Suetonio/quod nũc uulgo aut ornatũ: quidq; ea uoce ſignificetur.

l Ocus apud Suetonium in Claudio ita perperam legitur in pleriſque uoluminibus. Si aut ornatũ/aut pegma/uel quid tale aliud parum ceſſiſſet. Cum ueri/integriq; ſic habeãt codices. Si automaton/uel pegma. Inſpice uel Bononiæ librũ ex diui Dominici/ uel item alterũ Florentiæ ex diui Marci bibliotheca: quã gens Medica publicauit: ueterem utrunq;! Sed & utroq; uetuſtiorem/ quem nũc ipſi domeſticum poſſidemus/ ut taceam compluris alios: ne fortaſſis ambitioſior & nimius citandis teſtimoniis deprębẽdar: ubiq; hãc nimirum poſteriorem ſcripturã inuenies.

Apparet ergo Automata appellari ſolita: quæ ita mechanici fabricabantur: ut ſua ſponte efficere quippiam: uelut ignara cauſa uiderentur. Qualia nūc aut horologia ſunt/ aut uerſatiles quępiā machinæ/ in quibus imagunculas/ occulta ui/ curſitantes/ ludibūdaſq; miramur. Quales etiam uel fontes/ uel ignes ipſi/ quodam artificioſo temperamento/ ſpecieq; noua/ certis īteruallis/ aquas/ flammas ue iaculantes. Automatum enī uelut ultroneum/ & ſpōtale poſſumus latine īterpretari. Sic Homerus ī ſecunda Rhapſodia/ Veniſſe ad dapem Menelaum dicit Automaton ſpōte ſua ſignificans/ non cuiuſpiam uocatu/ quaſi a ſemet impulſum/ Sicut Euſtathius quoq; exponit: q deinde ait a iunioribus ἀυτόματα uocari: que forte quadam fiant/ quaſi μάτην hoc eſt temere. καὶ ὡσ ἔτυχεν. Et paulo poſt idem ſic addit propemodum. Talis autem ſentētia etiam illa Mechanicorum nominauit Automata. Ceterū philoſophus Heron in Pneumaticis: Aquam exprimi ait in ſublime Automaton: ideſt ſpontalem: de ſphæra concaua: quā deſcribit/ ſicuti cornicem quoq; confingit: quæ ſe ad auiculas itidem fictas conuertat ἀυτομάτωσ. Quin ędiculam quoq; docet conſtruere/ cuius accenſo igni fores item ἀυτομάτωσ: ideſt ſponte aperiantur: extincto cludanť: ut omnia quo diximus ītellectu ſint audienda.

Caput lxxxxviii.

Perſi locus: & item Senecę declarati: deq; manumittendis feſtuca ſeruis: & circumactu.

p Erſius in ſatyra ſexta ſic ait.

Non in feſtuca lictor quem iactat ineptus:

Vbi poeta diligentiſſimus manumiſſum hominē ex uetere cōſuetudine ſignificauit. Eſt enim a Plutarcho traditum in libello: de his/ qui ſero puniuntur a Deo/ Morem fuiſſe Romanis/ ubi quēpiam manumitterēt: ut eius corpori tenuem feſtucam inicerent.

Ex quo illud apud Plautum ĩ milite: Quid ea ingenua/an feſtu ca facta? Serua an libera eſt? Quoniam autẽ & circumagebantur: qui libertatem nanciſcebãtur: fortaſſe ut oſtenderetur licere/iam ipſis/pro ſuo arbitrio/quorſum uellent moueri: quod & ſupra di xerat Perſius:

Verterit hunc dominus/momento turbinis exit
Marcus Dama:

Et a pretore plerunq; uindicta liberabantur: propterea & iactat in quit/& lictor. Nam lictores ſeni prætoribus apparebant. Circum agi autẽ ſolitos: qui manumitterentur/etiam Seneca docet ĩ octa ua primi libri ad Luciliũ epiſtola: Philoſophiæ inqt ſeruias opor tet/ut tibi contingat uera libertas. Non differtur in diem/qui ſe illi ſubiecit: & tradidit: ſtatim circumagitur. Hoc enim ipſum phi loſophiẹ ſeruire: libertas eſt. Circumagitur hoc eſt manumittitur/ liberaturq;.

Caput lxxxxviiii.

Cur muri partem diſicere quod ait Suetonius/hieronicẹ ſoliti.

ſ Vetonius in Nerone: Reuerſus inquit e græcia Neapolin/ quod in ea primum artem protulerat/albis equis introiit/ diſiecta parte muri/ut mos hieronicarum eſt. Ita ille. Nemini aũt eſt dubium/ſacrorũ certaminũ uictores/hieronicas appellari: Sed moris iſtius cauſam tantum adhuc inuenio apud Plutarchum/li bro Sympoſiacon ſecundo in hanc ſententiam. Quod aũt (inqt) uictoribus curru uehentibus permiſſum/ partem muri diuidere/ atq; deicere/hunc ſane habet intellectum/non magnopere ciuita ti muro opus eſſe: uiros habenti/qui pugnare poſſint/& uincere.

Caput .C.

Quæ ſint apud Maronem ſilẽtia Lunẹ: quæ ue tacita uirgo apud Horatium: ſuperq; iis Seruiana & Acroniana refutatæ ſententiæ.

u Ergilius Aeneidos ſecundo

Tacitæ inquit per amica ſilentia lunę.

Seruius igitur/Sciēdū autē eſt ait ſeptima luna captā eſſe tro
iam:cuius ſimulachrū apud argos ē cōſtitutū. Hinc ē quod dicit/
Oblati per lunam: Et alibi. Per cæcam noctē. Tacitę lunę/aut mo
re poetico noctem ſignificat/aut phyſica ratione dixit. Nā circuli
ſeptem ſūt/Saturni/Iouis/Martis/Solis/Veneris/Mercuri/Lunæ:
Et primus hoc eſt Saturni/uehementer ſonat: reliq ſecundū ordi
nem minus. Sicut audiuimus ī cithara/cuius ultima chorda mi
nus ſonat. Hactenus Seruius. Libenter igitur ab eo quæſierim/cur
amica luna: latere/ac fallere conantibus: aut num Lunā quoq; ſi
lentem apud. M. Catonem/& itē apud Pliniū/ad eandem referat
harmoniā planetarum. Quod autem citharæ ultimā chordam ſo
nare ait minus: hoc ita deniq; ꝓcedet/ ſi ultimam nō iam ꝑima/
ſed pro ſūma capiat: quę græce hypate uocatur: unde grauior ex
citatur ſonus. Sicuti ab extima altera/ & tenuiſſima: quā equidem
libentius ultimā dixerim/acuta uox profertur/quæ plus ſonare
ob id uidetur/quia prorſum tenditur/ ut in libro de muſica ſecū
do ſcribere ait Theophraſtum Porphyrius ī commentariis illis:
quos ī harmonica Ptolemęi ſcriptos reliquit. Sicuti grauis ob id
inqt minus auditur: qa circa diffunditur. Quod autem & apud
Macrobium legimus/ & item apud alios/Saturni orbē/cuius cō
uerſio ſit cōcitatior/ edere acutiſſimum ſonum: minime hoc arbi
tror a Platone/uel in Timęo/uel in Rep. probabitur/qui tardiſſi
mum ſcribit eſſe Saturni orbem: quanq̄ hoc fortaſſe ad lōgiorem
ſui curſus ambitū referetur! Sed Ariſtoteles certe in libro ſecūdo
de cęlo/tardiores ob id ait eſſe ſuperiores orbes/quod īpetu ſtel
liferi octaui orbis/magis retardentur. Vt ergo uel Alexandri/uel
Simplici/uel item iuniorum de eo opinionem prętermittam: ſi ue
ram plane Macrobi ſentētiā uis colligere/ ad curſum referas diur
nū: q ſine dubio celerrimus ī ſupremis/& cōcitatiſſimus īuenietur.
Sed nos hac ablegata commenticia(ut arbitror) Serui/minimeq;

neceſſaria ſubtilitate:potius accipimus tacitę lunę ſilētia/lunam
ipſam/quam uocant ſilentem/hoc eſt minime tum quidem lucen
tem:ut latere inſidię magis poſſent/pulchra nimirum/ & elegāti
tralatione ab auribus ad oculos . Nam ſicuti ſilentio nihil audi
tur:ita nihil tenebris cernitur. Plinius igit̄ libro naturalis hiſto
rię ſextodecimo. Diem inquit coitus lunæ ab aliis ſilentis lunę/
ab aliis īterlunium appellari. Tum idem libro duodeuigeſimo:
Et hoc ait ſilente luna ſeri iubent. M. Cato etiam ī libro de Re ru
ſtica: Nunc ſtercus euehi luna ſilenti:nunc itē ſilente luna/ficos/
oleas/mala/piros/inſeri:Poſtremo etiam prata/ primo uere iubet
eadem luna ſilēte ſtercorari. Ridiculum autem fuerit aut hæc Ca
toniana/Plinianaq; referre ad ſiderum muſicam/ aut in uetuſtiſſī
ma/uſuq; receptiſſima locutione deſiderare iſtiuſmodi ambages.
Equidem lunam hic ſilentem/ut dixi:pro minime tū lucente acce
perim:quod fuerat tempus gręcis obſeruandum. Neq; ita tamen
interpretor/ut ad uiuum reſecem/atq; ipſum deniq; lunę coitum
plane intelligam:cum nox tota tenebricoſa: nam hoc utiq; refel
litur:quoniam poeta mox ait: Oblati per lunam. Non dū igitur/
luna lucebat/ cum illi a Tenedo ſub ueſperam nauigabant! Sed
lucere tum coepit: cum iam urbem occupauerant. Nō igitur/aut
ſera fuerit/aut pernox luna tum/nec lunę quidē omnino coitus!
ſed tempus arbitror potius/q̄diu illa non luceret. Et enim plura
ſæpe q̄ uideatur uox apud poetas aliqua complectitur. Ob hoc
igitur illud in noſtra Ruſtico.

Quidq; ſilens moneat/quidq; intermenſtrua Phoebe.

Nec abſurde tamen/ pręter epitheti rationem temporariam/lunæ
acceperis amica ſilentia/quoniam ī auſpiciis quoq; ſilentium uo
cari Cicero ſcribit: quod omni uitio caret. Iā apud Acronē q̄ pul
chrum:q̄ ingenioſum:qui enarrans Horati locum/libro carminū
ſecundo.

Dum capitolium
Scandet cū tacita uirgine pontifex.

Tacitam uirginem inteſlexit quaſi claram ſacerdotii nobilitate, & ut hoc ineptis pſuadeat, auctoritate etiã abutit̃ Maronis: q dixerit: Tacitæ per amica ſilentia lunæ: Ceu ſi tacita luna ſit hic ẽt pro clara accipiẽda. Videlicet nõ & apud Dionyſiũ ſaltẽ Romanę hiſtoriæ auctorem, & apud Plutarchum, alioſq; pmultos Acro legerat ignorari prorſus ab omnibus, qbus deniq; uel ſacris, uel ſimulacris Veſtales uirgines tuendis præforent: ut ob hoc ipſum quod pręſtabat ſilentium: tacita uocet̃ uirgo, Troianam ſoli cui fas uidiſſe Mineruam.

ſ Ed ut hic liber, quanq̃ ſic quoq; nimis lõgus, aliqua tamẽ ueluti Coronide cumuletur: & nihil ſit omnino intrepercuſſum! ſcire lectorẽ uolumus: poſteaq̃ de magno quaſi populo, iam tum anno ſuperiore, centuriam hanc unam, ſicuti nunc eſt, niſi tãtum pauculis ſubinde (ut fit) interſperſis floſculis adornaueramus: & ſpectandam publice amicis aliquot exhibueramus! emanaſſe in uulgus fabulã, nõ ſatis certo auctore: quæ ſuſurris aures iſtiuſ modi compleuerit. Nihil eſſe mirum, ſi quędam noua, & inſignia uel antea dictauerit Politianus, uel nũc referre ĩ litteris incipiat: Olim iam iſtęc omnia diligẽtiſſime perſcripta a Nicolao Perotto: qui fuerit Sipontinus pontifex, in eo maxime libro, cui titulum feciſſet Copiæ cornu. Nam quoniam plurimũ auctoritate (ſic.n. quicunq; illi aiebãt) apud Vrbinatẽ ducem, cui dicatus is liber, Medices ſuus Laurentius & gratia ualet: per eum uidelicet operis iſtius, & quidem archetypi facta eſt Politiano poteſtas. Ergo ille nunc rapinator: ut hunc ſemel inuncauit librum: uelut inſtar quoddam uirgulæ diuinæ: publicam prorſus materiam priuati iuris facit: & ut alter Aeſopi gracculus aliena ſupbit pluma. De his itaq; per aliquot iã cõciliabula iactatis, euentilatiſq; rumuſculis, cum mihi neſcio quid, ut eſt officioſiſſimus homo, Robertus noſter Saluiatus renuntiaſſet, nõ litterarum modo! ſed litteratorũ quoq; omnium, uelut alba linea magnus amator: agnoui ſta

tim inuidiæ mores/ quæ dū cui nocere molitur/ in omnia ſeſe uer
tit:& ut ille apud Licentium Proteus!
Spumat aper/fluit unda/fremit leo/ſibilat anguis.
At enim quod ad ipſius ictus occallueram/nō ſum propterea ſtu
diis iratus meis/tantum laboris/tali mercede rependētibus: nec
ipſe me damnaui/quod non hanc teterrimam peſtem deſidia ma
gis placaſſem:nec ut nonnulli forſitan cupiebāt/concerpſi librū!
Sed eum potius ſepoſui paululum:& omiſſa in pręſens edēdi cu
ra/tantumq; ſulcis uelut interciſiuis/ ita librum nonnunquam /
ſicut hortum rigans! pleniorem tamen cogitatū uelut a ſiliquis
ad panes/hoc eſt a ludicris ad philoſophiæ ſeria tranſtuli.Sic igi
tur uerſare altiora quæpiam animo ſtudia/ & operæ grauioris in
ſtitui:quæ ſuo & ipſa tempore ( ſi lecta potenter erit res ) in publi
cam utilitatem:quo magis argutatoribus iſtis oculi doleant/ap
parebunt.Et enim ego tenera adhuc ætate/ſub duobus excellen
tiſſimis hominibus/ Marſilio Ficino Florentino: cuius longe fe
licior/q̄ Thracenſis Orphei cithara/ueram ( ni fallor) Eurydicen/
hoc eſt ampliſſimi iudicii Platonicam ſapiētiam/reuocauit ab in
feris:& Argyropylo Byzantio Peripateticorum ſui temporis lon
ge clariſſimo/dabā quidem philoſophiæ utriq; operam!Sed non
admodū aſſiduā: uidelicet ad Homeri poetę blādimēta natura/
& ętate/procliuior:quem tum latine quoq;/ miro ut adoleſcēs ar
dore/ miro ſtudio uerſibus īterpretabar. Poſtea uero rebus aliis/
negotiiſq; prementibus/ſic ego nonnunq̄ de philoſophia/quaſi
de Nilo canes/bibi/fugiq;: donec reuerſus eſt in hanc urbem ma
xime Laurenti Medicis cum beniuolentia! tum uirtutis & inge
nii ſimilitudine allectus/ princeps hic nobiliſſimus Ioannes Pi
cus Mirādula uir unus/an heros potius/ omnibus fortunæ/ cor
poris/animiq; dotibus/cumulatiſſimus:utpote forma/pene diui
na iuuenis & eminēti corporis maieſtate/pſpicaciſſimo ingenio/
memoria ſingulari/ſtudio infatigabili/ tū luculenta uberiq; facū
dia/dubiū uero iudicio mirabilior/an moribuſ:Iam idem totius

philoſophiæ cõſultiſſimus/ etiãq; uaria linguarum litteratura/& omnibus honeſtis artibus ſupra ueri fidem munitus/ atque inſtructus: Denique ut ſemel complectar/ nullo non præconio maior. Is igitur continuo me: cum quo partiri curas dulciſſimas/& nugari ſuauiter ĩterdum ſolet/& quem ſibi ſtudiorum prope aſſiduũ comitem (qui ſummus honor) adlegit: is me inſtitit ad philoſophiã/non ut antea ſomniculoſis! ſed uegetis uigilantibuſq; oculis explorandam/ quaſi quodam ſuæ uocis animare claſſico. Quocirca talem ego illum/tãtumq; uel auctorem nactus/uel ducem: neutiquam occaſioni defui: quin occurri potius & arripui: ſicut aſſiduo ꝑpemodum ſummorum tractatu auctorum: uelut attrito crebrius ſilice/pauculas ſaltem ueri ſcintillas/uidear excudiſſe: tantumq; flammæ rapuiſſe fomitibus/ut ĩ nocte cęca/& illuni/iamiam mihi aliquid profecto fulgoris ſubluceſcat. Sed ecce tibi interim/dum totus in hoc ego: repente cornu iſtud ĩ uulgus. Fit concurſus. Eſt ĩ manibus. Effundit̃. Excutitur. Quid multa? Calumnia me liberat. Vidiſſes continuo non nullorum uultus/ lugubre quiddam tacentes: & quod antea nũquam ſoliti/neſcio tum quo pacto! (ſicut ille apud Platonem Thraſymachus )erubeſcentes. Sed iſti quidem cornu/quanquam certe nõ uacuo/qd ineſſe tamen uiderim non eſt huius temporis indicium. Tantũ conſtiterit impręſentiarum/non idem ſpectaſſe me/quod eius uoluminis auctorem: nec par utrique deſtinatum/ præſtitutũq; faſtigiũ. Quod ſicubi locos eoſdẽ ꝑrenata forte uterq; tractauimus/ (id autem incidere alicubi fuit neceſſe) Craſſior tamen inter nos/ q̃ inter Piramum Tiſbenq; paries. Argumento ſit interim uel illa Iuuenalis Corytto: quæ tamen apud ipſum Cocytos eſt: de qua tanquam de paupere regno cum Domitio digladiatur/uel ara itẽ Martialis frequens cornibus/ uel philyra/ uel ſiquid aliud iſtiuſ modi/ quod optes cum meis manipularibus accẽſiſq; cõmittere. Quin illud euenit/ut hoc ipſo quo Miſcellanea ceſſabãt interuallo/centum quædam adnotationes doctę me Hercules (quis enĩ

Biblioteka Główna Uniw. im. A. Mickiewicza w Poznaniu

neget) & laborioſę ab homine amiciſſimo nobis/nec huius igna ro propoſiti/tum bene etiam litterato/non ſine beniuola grataq; noſtri mentione publicarentur. In quis unum caſu credo uel alte rum pari ferme atque apud nos argumento/cōpluſcula certe ger mana illorum propemodum/quę uel cū Faſtos Naſonis/abhinc nouennium ferme/uel poſtea/cū Flacci ſatyras interpretabamur/ quāta norūt omnes frequētia publico auditorio dictaueramus. Perſancte (ſi ſit opus) deierem/tenens aram: cogitaſſe me ſtatim/ ſi non de meo! certe de communi iure concedere amico penitus: nec aliquid ex eis agnoſcere/quorū ſibi ille titulū/ haud opinor iniuria uindicauiſſet. Nō enī ſic faſtu turgeo/ſic mihi ipſe faueo/ ut uideri uelim/tā docti hominis/ ī aliquo doctor: ne mihi illud in os iaciatur. Sus Mineruam. Sed quoniā ſic ea ſe principem de mum repperiſſe narrabat: ut ignorata prorſus (ita credo putauit) & inenarrata ad eā diem ceteris aſſeueraret! coactus fateor ſum: quod & ipſe pro ea quam profitetur humanitate/facile patietur: ſimpliciter/ īgenueq; profeſſionem meam/ ſuſpitionibus iſtis cō munis ignorantię abſoluere. Nam ſicut haberi iure uel inciuilis poſſim/uel arrogans/ ſi non ei quoq; qui tam ſit & dilīgēs/& eru ditus/domi & iſta/& meliora naſci putem: (Quādoquidem Me dio poſuit deus omnia campo) Sic e diuerſo patrocinium famę deſerere/nō ſolum diſſoluti!ſed etiam ( ni fallor) in ſemet ipſum pene crudelis uideri poſſit. Et pereant Donatus aiebat/qui ante nos noſtra dixerunt: Nos ei proſpera fauſtaq; precamur/ & cupī mus/qui noſtra poſt nos aut īuenit/aut certe dixit. Tantum ro gamus ne pigeat in eorum conſortium/quę tanto ante/tam mul ti ſub nobis exceperunt: & ī quibus ꝑ uirili parte laborauimus! etiam nos/ ſicuti partiario admittere: ne nō amicorū ſint ( quod ait Euripides )/cuncta communia.

.F I N I S.

Impreſſit ex archetypo Antonius Miſcominus. Familiares
quidam Politiani recognouere. Politianus Ipſe
nec Horthographian ſe ait/ nec omnino
alienam pręſtare culpam.
Florentiæ Anno Salutis. M.CCCC.
LXXXIX. Decimotertio
kalendas octobris.

# R E G I S T R V M.

A

ANGELI
plena
Omne
exemplo
pręſenti

b

Obſcurior
De megabizo
qui bonos
qui ſint
nemo

c

Capiſtro
qui ſit
poetę
Iſtorum

d

uero
enim
aſſiduis
in pſalmos

e

Quare
Aligherius
uali
Taddęi

F

Quo
tici metus
eundemq;
hiſcere

g

Locus
ſolutum
adducit
ſcirpus

h

Prima
fuiſſe
Palladis
compoſuit

i

Ferte
aliaq;
ceterum
euenit

k

trina
oranto
Ride
In Hexahemero

L

Hyginium
De phylira
Quod
At enim

m

Pręſtitit
ουδοκατ ανιδαν
ποτνια.
ω εταρα

n

tum
hoc eſt
De fluctu
uel illi

o

ut explicare
in quoq;
cum de
nihil

p

neceſſaria
tim inuidię
neget

BIBLIOTEKA GŁÓWNA
w Poznaniu
Uniw. im. A. Mickiewicza

[illegible]

[illegible]

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
INKUNABUŁY
Inc. [illegible]